HIlarius quoqȝ dicit filiū naſci
ex patre in li.7.de trinitate.
his verbis.Uiuēs deus ⁊ na
ture eterne viuentis poteſtas eſt. ⁊
quod cū ſacramento ſcientie ſue ex eo
naſcitur nō potuit aliud eſſe ꝙ viuens.
Nā cū ait.ſicut me miſit viuēs pater ⁊
ego viuo ꝓpter patrē:docuit vitā in ſe
ꝑ viuentē patrē ineſſe. Ecce hic habes
quia filius naſcit de patre.Itē in eodeȝ
cum dicit xp̄s.Sicut pater habȝ vitā
in ſe:ſic ⁊ filio dedit vitam habere in ſe
metipſo.omnia viua ſua ex viuente te
ſtatus eſt.Quod auteȝ ex viuo viuum

natum est: habet natiuitatis pfectū sine nouitate nature. Non eni nouū ē quod ex viuo generatur in viuū: quia nec ex nihilo est. ⁊ vita que natiuitatez sumit ex vita: necesse ē p nature vnitatē ⁊ pfecte natiuitatis sacramentū: vt in viuente viuat: ⁊ i se habeat vitā viuētē. Ecce ⁊ hic habes q₂ generat ex viuo viuus filius. Itē i codē. In deo totū qđ ē viuit deus eni vita est: ⁊ ex vita non pōt qcq̄ esse nisi viuū: neq₂ ex deriuatōne sed ex virtute natiuitas est. Ac sic dum totum quod est viuit: ⁊ dum totū quod ex eo nascitur virtus est. Habet natiuitatem filius: non demutatōe. ⁊ hic dicit q₂ nascitur. Itez in. 8°. libro de trinitate. Donat pater filio tantū esse quantū est ipse cui innascibilitatis esse: imaginē sacram to natiuitatis impartit: quē ex se in sua forma generat. hic dicit quia generat pater filiū.

¶ Breuiter docet quid de hoc concedendum sit.

Dicam⁹ ergo filiū natū de pre ante tempora: ⁊ semp nasci de patre: sed congruentius semper natū. ⁊ eundē fateamur ab eterno esse: ⁊ patri coeternū. i. auctori. Pater eni generatōe auctor ē filii: vt in sequenti ostendet. Ut ergo pater ē etern⁹: ita ⁊ filius ē eternus. s₃ pater sine auctore filius vero non. quia pater innascibilis filius natus. ⁊ vt ait hylarius in. 12. li. de trinitate. Aliud ē sine auctore semp esse eternū: aliud patri. i. auctor esse coeternū. Ubi autē pater auctor ē ibi natiuitas est. qa sicut natiuitas ab auctore est: ita ⁊ ab eterno auctore eterna natiuitas est. Omne autē quod semp est: ⁊ eternū est. s₃ non tamē oē quod eternuz est etiā innatū est. quia quod ab eterno nascitur habet eternū esse: quod natum est. quod autē nō natū est: id cum eternitate nō natum est. Quod vero ab eterno natū ē id si nō eternū natū est: iaz nō erit ⁊ pater auctor eternus. Si quid ergo ei qui ab eterno patre natus est ex eternitate defuerit: idipsum auctori nō ē ambiguū defuisse: quia si gignenti est infinitū gignere: ⁊ nascenti infinitū etiā nasci est. Mediū eni quid inter natiuitatē dei filii ⁊ generationez dei patris non sensus admittit: quia ⁊ in generatione natiuitas ē: ⁊ in natiuitate generatio est. qa sine vtroq₂ neutrū est. vtrūq₂ ergo sine internallo sui est.

¶ Argumentatio heretici.

Sed inquiet hereticus. Omne quod natū est nō semper fuit: quia in id natū est vt esset. Nemo ambigit quin que in rebus humāis nata sunt: aliquādo nō fuerūt. sed aliud ē ex eo nasci qđ non sp fuit: aliud ex eo natū esse quod semp est. ibi nec semper fuit qui pater est: nec semp pater ē. ⁊ non semp ē pater: nō semp genuit. vbi autē semp est pr semp filius est. Et si semp deo patri ppriū ē q₃ semp ē pater necesse ē filio semp esse propriū q₃ semp ē filius. Quō ergo cadet in intelligētiaz nostrā vt non semp fuerit cui ppriuz ē semp esse quod natū ē. Natuz ergo vnigenitū deū cōfitemur: sed natuz ante tēpora: nec ante esse q̄ natū: nec ante natū q̄ esse. quia nasci quod erat iā nō nasci est: sed seipsum demutare nascendo. hoc autem humanū sensum ⁊ intelligentiaz mundi excedit. non hoc capit ratio humane intelligentie: sed prudentie fidelis professio est.

¶ Hic de spiritu sancto agitur. ⁊ primo q₃ sit amor patris ⁊ filii dicit.

NUnc post filii eternitatem de
spiritu sancto q̄tuz deo donā
te videre cōcedit̄ disseramus
Spiritus sanctus amor ē siue charitas
siue dilectio patris ⁊ filii. Vn̄ Aug. in
15°. li. de trini. ait. Spūs scūs nec patri
ē solius: nec filii ē solius: sed amboꝝ. ⁊
iō cōmunē qua inuicē se diligunt pater
⁊ filius nobis insinuat charitatē. Johes
autē in ep̄la canonica ait. Deꝰ charitas
ē: non dixit: spūs scūs charitas ē. quod
si dixisset absolutior esset sermo: ⁊ non
pua ps questiōis decisa. Sed qr dixit
deus charitas ē: incertuz ē. ⁊ iō queren
dū ē vtrū deus pater sit charitas: an fi
lius: an spūs scūs: an deus ipsa trinitas
quia ⁊ ipsa nō tres dii: sed deus ē vnus
Ad quod Augustinus in eodē li. ita di
cit. Nescio cur sicut sapīa ⁊ pater dicit̄
⁊ filiꝰ ⁊ spūs scūs. ⁊ simul oēs nō tres
sz vna sapīa: nō ita ⁊ charitas dicat̄ pr̄
⁊ filius ⁊ spūs scūs: ⁊ simul omnes vna
charitas. Non iō tn̄ quisquā nos incon
uenīēter estimet charitatē appellare spi
ritū sanctū: quia ⁊ deus pater ⁊ deus fi
lius potest charitas nūcupari: sicut pro
prie verbū dei ⁊ sapīa dei dr̄: cuz pater
⁊ spūs scūs sint sapīa. Si g° ꝓprie ali
quis hoꝝ triū charitas nūcupari debz
quis aptius q̄ꝫ spūs scūs: vt. s. in illa sim
plici sūmaqꝫ natura non sit aliud suba
⁊ aliud charitas: sed substantia ipsa sit
charitas: ⁊ ipsa charitas sit substantia
siue in patre siue in filio siue in spū scō:
⁊ tamē spūs scūs charitas proprie nun
cupat̄. Ecce his verbis apte ondit Au
gustinus: q̄ꝫ in trinitate charitas aliqn̄
referr̄ ad substantiā: que cōis ē trium
psonaꝝ: ⁊ tota ē in singulis. aliqn̄ spe
cialr̄ ad psonaz spūs sci: sicut sapīa dei
aliqn̄ ꝑ suba diuina: aliqn̄ ꝑ filio pro
prie accipit̄. ⁊ hoc in multis fieri repit̄
Exemplis cōfirmat eadē noīa ⁊ pro
prie ⁊ vniuersaliter accipi.

PLuribus eni exemplis doceri
potest multa rerum vocabu
la: ⁊ vniuersaliter poni: ⁊ pro
prie quibusdā rebus adhiberi. sicut le
gis noīe aliqn̄ simul oīa veteris testa
menti significāt̄ eloquia. aliqn̄ autē pro
prie vocatur lex que p Moysen data ē
Multa alia suppetūt exempla: sz in re
aperta vitāda ē lōgitudo sermōis. Si
cut ergo vnicū dei v̄bū ꝓprie vocamꝰ
noīe sapīētie: cū sit vniuersalr̄ ⁊ spiritꝰ
scūs ⁊ pater ipsa sapīa: ita spūs scūs ꝓ
prie vocabulo charitatis nūcupatur: cū
sit ⁊ pater ⁊ filius vniuersalr̄ charitas
Sed dei verbū id est vnigenitus dei fi
lius apte dictus ē dei sapīa ore apostoli
dicētis xp̄m dei sapīaz ⁊ dei virtutem.
Spūs autē scūs vbi sit dictus charitas
inuenimus si diligēter Johis apostoli
eloquiū scrutemur: qui cuz dixisset. dili
ligamus inuicē: quia dilectio ex deo est
adiunxit. ⁊ omnis qui diligit ex deo na
tus ē: quia deus dilectio ē. Hic manife
stauit se dixisse eā dilectionez esse deum
quā dixit ex deo. Deus ergo ex deo est
dilectio. sed quia ⁊ filius ex deo patre
natus est: ⁊ spūs scūs ex deo pr̄e ꝓcedit
quē potius eoꝝ hic debeamus dictum
accipe esse dilectionē: merito queritur.
Pater enim solus ita deus est: vt non
sit ex deo. ⁊ ideo dilectio que ita est deꝰ
vt ex deo sit: non ipse pater est: sed aut
filius aut spiritus sanctus. Sed in con
sequētibus cuz dei dilectionē cōmemo
rasset Jesus qua dilexit nos: ⁊ hinc hor
tatꝰ esset vt ⁊ nos inuicē diligamꝰ: atqꝫ
ita in nobis deus maneat. quia vtiqꝫ di
lectionē deum dixerat: statim volēs de

hac re apertius aliquid eloqui inquit In hoc cognoscim⁹ q₂ in ipso manem⁹ ⁊ ipse in nobis:quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaqꝫ sanctus de quo dedit nobis facit nos in deo manere ⁊ ipsum in nobis. hoc autē facit dilectio Ipse ergo deus est dilectio. deus ergo spūs sanctus qui procedit ex deo significatur vbi legitur. Deus dilectio ē: ⁊ ex deo est. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus spiritū sanctū esse charitatem patris ⁊ filii: ⁊ intm̄ quoqꝫ sermonē ꝑduxit: vt videat dixisse spiritū sanctum nō solū esse dilectionē patris ⁊ filii qua se inuicē ⁊ nos diligūt: sed etiā dilectionē qua diligimus deū. sed vtruꝫ ipse sit charitas qua nos diligimus deuꝫ in sequenti explicabitur.

Q Restat ostendere quod posuerat. s. quomō spūs sanctus sit amor quo pater a filio ⁊ filius a pr̄e diligit.

Nunc g° quod incepim⁹ ostendere curem⁹. s. spiritū sanctū dilectionē esse siue amoreꝫ patris ⁊ filii: quo. s. pater diligit filiū: ⁊ filius patrē. De hoc Hieronimus super xiiii. psalmū ait. Spūs scūs nec pater ē nec filius: sed dilectio quā habet pater in filiū: ⁊ filius in patrē. Aug. quoqꝫ in 6°. li. de trini. ait In oibus equalis ē patri filius: ⁊ ē vnius eiusdēqꝫ substantie Quapropter etiā spūs scūs in eadē vnitate substātie ⁊ equalitate subsistit. Siue eni sit vnitas amboꝝ: siue sanctitas siue charitas: manifestū ē ꝙ nō aliquis duoꝝ est quo vterqꝫ cōiungit: quo genitus a gignēte diligatur: genitoremqꝫ suū diligat. Sintqꝫ nō ꝑticipatōne: sed essentia sua: neqꝫ dono suꝑioris alicuius sed suo ꝓprio seruātes vnitateꝫ spūs in vinculo pacis. Ecce hic habes spiritū sanctū esse quo filius diligitur a pr̄e ⁊ pater a filio: ⁊ quo illi seruāt vnitatē pacis. Spūs ergo scūs vt ait Aug. in eodē: cōmune ē aliqd patris ⁊ filii quicquid illud ē. at ipsa cōmunio ꝯsubstantialis ⁊ coeterna ē. que si amicicia cōueniēter dici potest dicatur: sed aptius dr̄ charitas. ⁊ hec quoqꝫ substātia quia deus substātia ⁊ deus charitas ē. tria ergo sunt ⁊ nō amplius vnus diligens eum qui de illo est: ⁊ vnus diligens eum de quo est. ⁊ ipsa dilectio. Que si nihil est: quomō deus dilectio ē. Si nō est substantia quō deus ē substantia.

Q sicut spūs scūs cōmunis ē patri ⁊ filio: ita cōmune nomē hꝫ ꝓpriū.

Hic notandū est ꝙ sicut spirit⁹ sanctus in trinitate specialiter dicit charitas que ē patris ⁊ filii vnio: ita ⁊ nomē tenet proprie qđ patri ⁊ filio coiter quodammodo congruit. Unde Aug. in. 15°. li. de trini. Si charitas inquit qua pater diligit filiuꝫ ⁊ patrē diligit filius: ineffabiliter cōmunionē demōstrat amboꝝ: quid cōueniētius ꝙ vt ille dicatur ꝓprie charitas q spiritus ē cōmunis ambobus. Hoc eni sanius creditur ⁊ intelligitur vt non solū spūs scūs charitas sit in illa trinitate: sed non frustra proprie charitas nuncupetur propter illa que dicta sunt: sic non solus in illa trinitate: vel spiritus ē vel sanctus: quia ⁊ pater spūs: ⁊ filius spiritus: ⁊ pater sanctus ⁊ filius sanct⁹ ⁊ tamen ipse frustra non dicit spirit⁹ sanctus. Qui eni ē cois ambobus id vocatur ipse ꝓprie quod ambo cōmuniter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus ē charitas: profecto ⁊ filius: nō solius patris: sed etiā spiritus sancti fili⁹ inuenit. Ait eni aplus de deo pr̄e. Trāstulit nos i regnū filii charitatis sue. Si ergo non est in illa trinitate

charitas dei:nisi spūs sci:filius est spūs
sancti. Sed quia hoc absurdissimū est
restat vt nō solus ibi sit charitas spūs
sanctus:sed ꝑpter illa de quibus satis
disserui ꝓprie sic vocatur.

Qꝫ spūs sanctus procedit a patre ⁊
a filio.

Hic dicendū ē spiritū sanctum
a patre esse ⁊ filio:⁊ ꝓcedere
a patre ⁊ filio:quod mlti he
retici negauerūt. Qꝫ autē de vtroq; ꝓ
cedat mltis diuinoꝝ eloquioꝝ testimo
niis cōprobatur. Dicit eñi aplūs. Mi
sit deꝰ spiritū3 filii sui in corda vr̄a. Ec
ce hic dr̄ spiritus filii. Et ibi. Qui autē
spiritū xp̄i non habet:hic non est eius.
Ipse etiā filius de spū sancto dicit ī euā
gelio. Quē ego mitto vobis a patre.
Patris autē spūs dictus ē vbi legitur.
Si spūs eius qui suscitauit xp̄m a mor
tuis habitat in vobis. Et ipse xp̄us di
cit. Nō eñi vos estis q loqmi:sed spūs
pr̄is vestri q loquit̄. Et alio loco.quē
mittet pater in noīe meo. Et alibi ipse
filius de spū sancto ait. De patre proce
dit. His ⁊ aliis pluribus auctoritatibꝰ
ostenditur ꝙ spiritus sanctus a patre ⁊
filio procedit.

Qꝫ greci non concedūt spiritum san
ctum procedere a filio.

Greci tamē dicunt spiritū san
ctum procedere tm̄ a patre ⁊
non a filio. Quod iō dicunt:
qꝛ veritas in euāgelio fidē integre cōti
nenre:de processione spūs loquēs:solū3
patrē cōmemorat dicens. Spūs qui a
patre ꝓcedit. Et etiā ideo.qꝛ in princi
palibus cōciliis que apud illos celebra
ta sunt:ita simbola eoꝝ subiunctis ana
thematibꝰ sancita sunt:vt nulli de tri
nitatis fide aliud docere vel aliter p̄di
care ꝙ ibi cōtinetur liceat. In quibꝰ q
dem simbolis cū spūs cōmemoretur ꝓ
cedere a patre ⁊ nō a filio:quicunq; in
quiūt a filio eū ꝓcedere addūt:anathēa
incurrūt. Vnde ⁊ nos arguūt anathema
tis reos. Addūt etiā ad assertione3 sue
opinionis:⁊ in testimoniū nostre dam
nationis de simbolo fidei:qđ ſm tradi
tionē p̄dictoꝝ conciliorꝝ:Leo tertius
rome transscriptū in tabula argentea
post altare beati Pauli posita posteris
reliquit ꝓ amore:vt ipse ait:et caute
la fidei orthodoxe. In quo quidem sim
bolo in processione spūs:solus cōmemo
ratur pater his verbis. Et in spiritum
sanctū dominū ⁊ viuificante3 ex patre
ꝓcedentē cum patre ⁊ filio coadorādū
⁊ glorificandū ⁊c̄. Illud ē simbolu3 qđ
in missa cantatur editū in niceno conci
lio. In fine cuius subiunctū ē.qui aliud
docuerit vel aliter p̄dicauerit anathēa
sit. Ideoq; greci nos anathematisatos
dicūt:quia dicimus spiritū sanctu3 a fi
lio ꝓcedere:quod ibi non continetur.
Quod eñi ſm nos ibi dicitur.qui a pa
tre filioq; ꝓcedit:alterū a latinis est ad
ditū scilicet filioq;.

Responsio vbi determināt̄ p̄dicta.

Nos aute3 illa verba sic deter
minamꝰ. Qui aliud docuerit
vel aliter p̄dicauerit id est cō
trariū docuerit:vel contrario modo p̄
dicauerit:anathema sit. Aliud ergo ꝓ
opposito posuit:qualiter ⁊ apostolus
in epistola ad Gallathas. Si qs aliud
euangelisauerit id est cōtrariū:anathe
ma sit.non dicit:si quis addiderit. Nā
si illud diceret sibiipsi vt ait Augustinꝰ
p̄iudicare3:qui cupiebat venire ad quos
dā quibus scribebat:sicut ad Thessalo
nicenses:vt suppleret que illorum fidei
deerant.s3 qui supplet quod minꝰ erat
addit:non quod inerat tollit. Qui autē

ꝓtergreditur fidei regulā:nō accedit in via:sed recedit a via. Ad illud autē q̄d de euangelio opponūt respondem⁹ ita. quia cum dicat in eo veritas spiritum sanctum a patre procedere:non addit solo. ⁊ iō etiā a se ꝓcedere nō negat:s; ideo patrē tm̄ nominat:quia ad eu; solet referre etiam quod ipsius est:quia ab illo habet.

¶ Q᷑ greci in sensu cōueniāt nobiscu; ⁊ verbis differant.

Sciendū est tamen q̄ greci confitentur spiritū sanctu; esse filii sicut patris. quia ⁊ aplus ait. Spiritū filii. Et veritas in euangelio. Spiritū veritatis. Sed cū non sit aliud spiritū sanctū esse patris vel filii: q̄ esse a patre ⁊ filio:etiā nihil in eandē nobiscū fidei sententiā cōuenire videtur licet in verbis dissentiant.

¶ Auctoritatibus grecorum ostendit spiritū sanctū etiā ꝓcedere a filio.

Unde etiā quidam eorū catholici doctores intelligētes vnā eandēq; fore sentētia; ꝑdcōꝝ verborū:quibus dicitur spūs sanct⁹ ꝓcedere a filio ⁊ esse filii:professi sunt spiritū sanctū etiā procedere a filio. Unde Athanasius in simbolo fidei. Spiritus sanctus a patre ⁊ filio non factus:non creatus nec genitus:sed ꝓcedens. Ecce spiritū sanctum aperte dixit ꝓcedere a patre ⁊ filio. Didimus etiā eoru; maximus doctor in libro de spiritu sancto: ⁊ spiritū sanctū a filio ꝓcedere dicit. Saluator inquit qui ⁊ veritas. nō eni; loquet᷑ a semetipso:hoc est ñ sine me ⁊ sine meo ⁊ patris arbitrio:quia inseparabilis est a me ⁊ a patris voluntate. q̄a ex se non est:sed ex patre ⁊ ex me est. hoc eni ipsum quod subsistit ⁊ loquitur a patre ⁊ me illi est. Itē si spūs sanctus qui est spūs veritatꝭ spūsq; sapiē nō potest audire a filio loquēte que nescit:cū hoc ipsum sit quod profertur a filio id est ꝓcedens deus de deo: spiritus veritatis procedēs a veritate:cōsolator manās ex consolatione. Item Cirillus episcopus in epistola Nestorio directa ait. Spiritus intelligitur per se ſm q̄ spiritus est: ⁊ non filius. sed tamē non ē alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur ⁊ profluit ab eo sicut ex deo patre. Johannes quoq; Crisostom⁹ in omelia quadā de expositiōe simboli sic ait. Ipse est spiritus procedens de patre ⁊ filio:qui diuidit dona propria prout vult. Item in alia omelia. Credendum est spiritū sanctū patris esse ⁊ filii. Istū spiritū sanctū dicimus patri ⁊ filio coequalē: ⁊ procedētē; de patre ⁊ filio. hoc credite ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce a doctoribus grecorum aperta habemus testimonia:quibus spirit⁹ sanctus a patre ⁊ filio ꝓcedere ostenditur. Omnis ergo lingua cōfiteatur spiritum sanctum procedere a patre ⁊ filio.

¶ Utrū spiritus sanctus prius vel plenius procedat a patre q̄ a filio.

Item queritur cum spiritus sanctus a patre ꝓcedat ⁊ filio:vtrū prius vel magis ꝓcesserit a patre q̄ a filio. quod nititur hereticus ostendere ita dicens. Si ꝓcessit spūs sanctus a patre:processit vtiq; aut nato iam filio:aut non nato filio. Si vero iā nato filio processit:ante nat⁹ ē filius q̄ ꝓcesserit spūs scūs. Precessit igit᷑ natiuitas filii processionē spūs sancti. Si autem a patre non nato filio:ante processit q̄ filius genitus fuerit.

¶ Responsio Augustini ad id quod primo querebatur. s. an prius a patre

ꝙ a filio processerit.

His ⁊ huiusmodi questionibus magis laboriosis ꝙ fructuosis respondet Aug. in. 15°. li. de trinitate dicens. In illa sūma trinitate que deus est internalla temporuꝫ nulla sunt: per que posset ostendi: aut saltē requiri: vtrū prius de patre natus sit filius: ⁊ postea de ambobus ꝓcesserit spiritus sanctus. Nunquid ergo possumꝰ querere vtrū iā ꝓcesserat spūs sanctus de patre quādo natus ē filius? an nōdū ꝓcesserat? ⁊ illo nato de vtroqꝫ ꝓcessit? Non possunt prorsus ista ibi queri vbi ex tempe nihil inchoatur: vt cōsequenti ꝑficiatur in tempe. Ideo qui potest intelligere sine tempe generationē filii de patre: intelligat sine tempe ꝓcessionem spiritus sancti de vtroqꝫ. Ecce his verbis absoluta ē questio illa: qua querebatur vtrū prius ꝓcesserit spiritus sanctꝰ a patre ꝙ a filio.

Hic agitur de eo qđ 2° querebatᷣ s. an magis vel plenius processerit a patre ꝙ a filio.

Nunc tractandū est quod secūdo querebatur. s. an plenius vel magis ꝓcedat spiritꝰ sanctus a patre ꝙ a filio. Ad quod dicimꝰ quia: sicut nō ante ꝓcedit a patre ꝙ a filio: ita nō magis vel pleniꝰ ꝓcedit a pr̄e ꝙ a filio. Aug. tamē in. 15. li. de trinitate dicit ꝙ spūs scūs principaliter procedit de patre. Non frustra inquit in hac trinitate non dicitᷣ verbū dei nisi filius nec donum dei nisi spiritus scūs: nec de quo genitū ē verbuꝫ ⁊ de quo procedit principaliter spiritꝰ sanctus nisi deus pater. Ecce audisti quia spiritus sanctꝰ principaliter procedit a patre: sed ne te hoc turbaret ipse continuo ex quo sensu dixerit apit subdens. Ideoqꝫ addidi principaliter: quia ⁊ de filio spūs scūs ꝓcedere repitur. sꝫ hoc quoqꝫ illi pater dedit nō iā existēti ⁊ nondū habenti: sꝫ quicqd vnigēito v̄bo dedit gignēdo dedit. Sic ergo genuit euꝫ vt etiā de illo donū cōmune ꝓcederet: ⁊ spūs scūs esset amboꝝ. Ecce exposuit ipsemet quomō principaliter spiritus ꝓcedat a patre. nō quia prius vel magis ꝓcedat a pr̄e ꝙ a filio: sed quia cum procedit a filio hocipsum habet filius a patre.

Ex eodem sensu dicitur spūs sanctus ꝓprie procedere a patre.

Ex eodem sensu etiā dicitur ꝓcedere ꝓprie de patre. Unde Hiero. in expositōe catholice fidei Nicenicꝫ simboli ait. Credimꝰ in spiritū sanctū qui de patre ꝓcedit proprie. Item spiritū sanctū verū deum inuenimus in scriptura: ⁊ de patre esse ꝓprie. ⁊ ideꝫ. de patre filius: ⁊ spiritꝰ sanctus ꝓprie ⁊ vere ꝓcedit. Ecce aperte dicit spiritū sanctū ꝓprie esse de patre: ⁊ proprie ꝓcedere de patre. quod non ē ita intelligendū tanꝙ prius vel pleniꝰ a patre ꝓcedat ꝙ a filio: sed quia hoc habet pater a se non ab alio: vt de ipo sit ⁊ ꝓcedat spūs scūs. filiꝰ aūt non a se: sed a patre hoc habet: vt de ipso sit ⁊ procedat spiritus sanctus.

Ex eodem sensu dicitur spiritꝰ scūs esse ⁊ mitti a patre per filium.

Forte etiā iuxta hāc intelligētiā dicitur spūs scūs mitti ꝑ filiū: ⁊ a patre esse ꝑ filiū. Unn̄ Hylarius ad deū patrem de spiritu scō ⁊ filio loquēs in. 12°. li. de trinitate ait. In spū sancto tuo ex te profecto ⁊ per eū misso. Item ante tempora vnigenitꝰ tuus ex te natus manet: ita ꝙ ex te ꝑ eum spiritꝰ sanctus tuus est. quod etsi sensu non ꝑcipiā: tamē teneo consciētia

In spūalibus enī rebus tuis hebes suz
Itē ī eodē. Conserua hāc oro fidei mee
religionē: vt quod in regeneratōis mee
simbolo professus suz semp obtineam
te patrē. s. te filiū tuū vna tecū adorem
spiritū sanctū tuuz: qui ex te p vnigeni
tū tuū est: pmerear. Ecce apte dic spm̄
sanctū a patre ꝛ filio ꝛ mitti ꝛ esse. qd
non ē intelligendū quasi a patre p filiū
minorē mittatur vel sit: sed quia ex pr̄e
ꝛ filio ē ꝛ mittit ab vtroqȝ. sȝ hocipm
habet fili⁹ a pr̄e: vt ab ipso ꝛ sit ꝛ mit
tatur spūs scūs. Hoc ergo voluit signi
ficare Hilarius: distinctōez faciēs in lo
cutione: vt ostēderet in pr̄e esse auctori
tatē. Inde ē etiā q̄ veritas ostendēs pa
trē esse auctorē pcessiōis q̄ pcedit spūs
sanctus a filio: dixit in euāgelio. De pr̄e
pcedit: cū de pr̄e ꝛ filio pcedat spiritus
scūs. Vn̄ Aug. querit si de pr̄e ꝛ filio
pcedit spūs scūs: cur fili⁹ dixit de patre
pcedit? Cur putas nisi qꝛ solet ad eū re
ferre etiā quod ipsius ē de quo ꝛ ipse ē
Sicut ait. mea doctrina nō ē mea: sed
ei⁹ qui misit me. Si igit̄ intelligit̄ eius
doctrina: quā tamē dixit nō suā: sȝ pr̄is
q̄tomagis illic intelligēdus ē spūs scūs
de ipso pcedere: vbi sic ait. de pr̄e pce
dit: vt nō diceret de me non pcedit: a
quo autē hȝ filius vt sit deus. Est enim
de deo deus. ab illo hȝ vtiqȝ vt etiaȝ de
illo pcedat spūs scūs. Et iō spūs sanct⁹
vt etiā de filio pcedat sicut procedit de
patre ab ipso hȝ pr̄e. Quapropter qui
pōt intelligere in eo quod ait fili⁹: sicut
hȝ pater vitā in semetipso: sic dedit ꝛ fi
lio vitā habere in semetipso. nō sine vi
ta existēti iaȝ filio vitā pr̄ez dedisse: sed
ita eū sine tpe genuisse: vt vita quaȝ pr̄
filio gignēdo dedit: coeterna sit vite pa
tris qui dedit. intelligat etiā sicut habet
pater in semetipo vt de illo pcedat spi
ritus scūs: sic dedisse filio: vt ꝛ de illo p
cedat idē spūs scūs. ꝛ vtrunqȝ sine tem
pe. Ita ergo dictū ē spm̄ sanctū de pr̄e
pcedere: vt intelligat̄ etiā q̄ pcedit de
filio: de patre esse filio. Si enī quicquid
hȝ de pr̄e hȝ fili⁹: de pr̄e hȝ vtiqȝ vt de
illo pcedat spūs scūs. sed nulla ibi tpa
cogitētur que hn̄t prius ꝛ posteri⁹. qa
ibi omnino nulla sunt.

Quare spūs scūs cū sit de suba pr̄is
n̄ dicat̄ fili⁹ vel genit⁹: sȝ tm̄ pcedēs

Post hoc cōsiderandū ē q̄tuȝ
a talib⁹ quales nos sum⁹ itel
ligi pōt: cū spūs scūs pcedat
de pr̄e: ꝛ sit de suba pr̄is: cur non dicat̄
esse natus: sed potius pcedere? ꝛ cur nō
dicatur filius? Quare autē spūs sanct⁹
nō dicatur vel sit natus: ꝛ ideo non sit
filius: Augustinus ostēdit in. 15. libro de
trinitate ita dicens. Si spiritus sanct⁹
filius diceretur: amborū vtiqȝ filius di
ceretur? quod absurdissimū est. filius
quippe nullus ē duorū nisi patris ꝛ ma
tris. Absit autē vt inter deuȝ patrem ꝛ
deū filiū tale aliquid suspicemur. Absur
dissime ergo filius diceret̄ amboruȝ id
est patris ꝛ filii. ambor̄ enī filius dice
retur si eum ambo genuissēt. quod ab
horret omniū sanor̄ sensus. non ergo
ab vtroqȝ est genitus: sed pcedit ab
vtroqȝ amborum spiritus. His verbis
ostenditur cur spiritus sanctus cum sit
de patre: non tamē dicatur genitus vl̄
filius.

Cum spiritus nō dicatur genit⁹: cur
filius dicatur procedere.

Cum autē spūs scūs nō dicat̄
genitus: sed tm̄ pcedēs: queri
solet cur non dicitur filius tm̄
genit⁹: sed ꝛ pcedēs: sicut ipse in euāge
lio Iohis ait. Ego ex deo pcessi: vel exi
ui ꝛ veni in mundū. Nō g° tm̄ spūs scūs

procedit a patre:sed etiã filius.Ad qδ
dicimus q̃ cũ vterq̃ ꝓcedat a pr̃e:dis
similiter tamẽ.Nam spũs sanct⁹ vt ait
Aug.in.5°.li.de trini.ꝓcedit a patre:
nõ quõ natus:sed quõ datus vel donuz
filius autẽ ꝓcessit nascendo:exiit vt ge
nitus.Ac p hoc illud elucescit vt põt.s.
cur spũs scũs etiã nõ sit filius:cuz ꝛ ipe
a patre exeat?ideo.s.nõ dr̃ filius:quia
neq̃ natus ẽ sicut vnigenitus:neq̃ fa
ctus vt p dei grãz in adoptionez nasce
retur sicut nos.

Q: non põt distingui a nobis inter
generationẽ filii ꝛ ꝓcessionẽ sp̃s sci.

Inter generationẽ vero filii ꝛ p
cessionẽ spũs sci duz hic viuimus
distinguere nõ sufficimus.Unde
Aug.maximino p̃missã questiõez refri
canti.s.querẽti cur spiritus sanctus nõ
diceretur filius cũ de patris esset suba
respondẽs sic ait.Queris a me si de su
bstãtia patris est filius:de substãtia pa
tris ꝛ spũs sanctus:cur vnus filius ꝛ
alius non sit filius.Ecce respondeo siue
capias siue nõ capias:de pr̃e est filius:
de pr̃e ẽ spũs sanct⁹.sed ille genitus est
iste procedẽs.Ideo ille filius est patris
de quo est genitus.iste autem spiritus
vtriusq̃.quoniaz de vtroq̃ ꝓcedit:sed
cũ de illo loqueret̃ aut de pr̃e ꝓcedit:
quoniam pater processionis eius est
auctor qui talẽ filiũ genuit:ꝛ gignendo
ei dedit:vt etiã de ipso ꝓcederet spirit⁹
sanct⁹.Nam nisi procederet etiã de ipo
nõ diceret discipulis:accipite spiritum
sanctũ:eumq̃ insufflãdo daret:vt a se
quoq̃ ꝓcedere significãs apte oñderet
flãdo qδ spirãdo dabat occulte.Quia
ergo si nasceret̃:non tm̃ de pr̃e nec tm̃
de filio:sed de ambobus vtiq̃ nasceret̃
sine dubio filius diceret̃ amboꝝ.Ac p
hoc q2 filius amboꝝ nullo mõ esset nõ
opportuit nasci eũ de ambobus.ambo
rũ est ergo spũs ꝓcedẽdo de ambobus

Hic dicit q̃ non valet inter duo illa
distingui.

Quid autẽ inter nasci ꝛ proce
dere intersit:de illa excellentis
sima natura loquẽs explicare
quis potest?Non enim oẽ quod ꝓcedit
nascit̃:q̃uis oẽ procedat qδ nascit̃.sic
non omne quod bipes ẽ homo est:q̃uis
bipes sit omnis qui homo est:hoc scio
distinguere aũt inter illã generationem
ꝛ hanc processionẽ nescio:nõ valeo:nõ
sufficio.Ac p hoc q2 ꝛ illa verbi ꝛ ista
ẽ ineffabilis:sicut ꝓpheta de filio loquẽs
ait.Generationẽ eius quis enarrabit?
ita de spũ sancto verissime dicitur.pro
cessionẽ eius quis enarrabit?Satis sit
ergo nobis:quia non ẽ a seipso filius:sz
ab ipso de quo natus ẽ.non est a seipso
spiritus sanctus:sed ab illo de quo pro
cedit.ꝛ quia de vtroq̃ procedit sicut iã
ostendimus.De spiritu scõ quõ ipse de
deo sit:nec tamẽ ipse filius sit:qm̃ proce
dendo nõ nascẽdo legitur esse de deo:iã
supius q̃tum visum ẽ disputauimus.

An spũs sanct⁹ debeat dici ingẽit⁹.

Hunc cõsiderandũ ẽ cũ spirit⁹
sanct⁹ non sit genitus:vtrum
debeat dici ingenitus?Ad qδ
dicim⁹ spiritũ sanctũ nec genitũ nec in
genitũ debere dici.Unñ Aug.ad Oro
sium ait.Spiritũ sanctũ nec genitũ nec
ingenitũ fides certa declarat.quia si di
xerimus ingenitũ duos patres affirma
re videbimur.si autem genitum duos
filios credere culpamur.Sicut enim so
lus filius dicitur genitus:ita ꝛ solus pa
ter dicitur ingenitus:eo q̃ ab alio non
sit.Unde Augustinus in.15°.li.de trini
tate.Pater inquit solus non est de alio
ideo solus appellatur ingenitus.non

quidem in scripturis:sed in consuetudi
ne disputantium:⁊ de re tanta sermonē
qualem valuerint proferentium. Filius
autem de patre natus est:⁊ spiritꝰ san
ctus de patre principaliter ⁊ cōmuni
ter de vtroq; procedit. Ideoq; cum spi
ritum sanctum genitum non dicamus
dicere tamen non audemus ingenitum
ne in hoc vocabulo vel duos patres in
illa trinitate:vel duos qui non sint de
alio quispiam suspicetur. Ecce his ver
bis aperte ostendit spiritū sanctum nec
genitum nec ingenitū debere dici.

Qꝫ hieronimus dicit spiritum san
ctum ingenitum:quod videtur pre
dictis aduersari.

Hieronimus tamen in regulis
diffinitionū vel distinctionuz
contra hereticos spiritū san
ctum dicit ingenitū his verbis. Spiri
ritus sanctus pater non est:sed ingeni
tus atq; infectus.pater non est:quia pa
tris est ⁊ in patre est.processionem ha
bet ex patre ⁊ non natiuitatem . Filius
non est:quia genitus non est . Ecce his
verbis dicitur spiritus sanctus esse inge
nitus.quod videtur aduersari p̄missis
verbis Augustini.

Determinatio ſm dīsas acceptōes.

Sed vt istam que videtur re
pugnantiam de medio abiga
mus:dicimus ꝙ hieronimus
aliter accepit nomen ingeniti : ⁊ aliter
Augustinus . Accipit eniz Aug. ingeni
tum qui vel quod ab alio non est. ⁊ ſm
hoc de solo patre dicitur. Hieronimus
vero ingenitum dicit non genitum . ⁊
ſm hoc de spiritu sancto potest dici.

Ex his verbis hieronimi ostendit
ex qᵒ sensu dixerit spm̄ scm̄ ingenitū.

Quod autem hieronimus ita ac
ceperit ostenditur ex verbis su
is : quibus in eodem tractatu vtitur
faciens talem diuisionem . Omne qꝺ
est aut ingenitū est:aut genitū:aut fa ctū
Est ergo quod nec natū est:nec factū. ⁊
est quod natū est ⁊ factū non ē. ⁊ ē qꝺ
nec natum ē nec factū est. ⁊ est quod fa
ctū est ⁊ natū non ē. ⁊ est quod factuz
est ⁊ natū est ⁊ renatum est. ⁊ est quod
factū est ⁊ natū est ⁊ renatum non est.
Nunc p̄positorū singulis rebus subsistē
tiam destinemus. Quod ergo nec natū
nec factū ē pater est.non eni ab aliquo
ē.quod autē natū ē ⁊ factū nō ē filius ē
qui a p̄re genitꝰ ē:nō factꝰ ē.quod iteꝝ
nec natū nec factū ē spiritꝰ scūs ē :qui a
p̄re ꝓcedit.quod etiā factū ē ⁊ natū nō
ē celū ⁊ terra ⁊ cetera q̄ sunt innascibi
lia.quod autē factū ⁊ natū ⁊ renatū ē
homo est.quod vero factū ē ⁊ natū est
⁊ renatū nō ē:aīalia sunt. Ecce his v̄bis
oñdit hiero. se ingenitū accipe non ge
nitū. alr̄ eni nō esset p̄missa diuisio ve
ra.s.oē quod ē aut ingenitū aut genitū
aut factū ē.atq; in diuisiōis huiꝰ ꝓsecu
tōe in assignatōne ingeniti vbiq; ponit
nō natū.

Qꝫ gemina ē ꝓcessio spūs sancti.

Preterea diligēter annotādū
ē.ꝙ gemina ē ꝓcessio spūs sci
eterna videlz que ineffabilr̄ est
qua a p̄re ⁊ filio eternalr̄ ⁊ sine tp̄e pro
cessit. ⁊ tp̄alis qua a p̄re ⁊ filio ad scifi
candā creaturā ꝓcedit. ⁊ sic ab eterno
coīter ac silr̄ ꝓcedit a p̄re ⁊ filio:ita ⁊ i
tp̄e coīter ⁊ silr̄ ab vtroq; ꝓcedit ad cre
aturā:nō diuisim a p̄re in filiū ⁊ in filio
ad creaturaz. Vñ Aug. in. 15ᵒ. li. de tri.
ait. Spūs scūs nō de p̄re ꝓcedit i filiuz
⁊ de filio ꝓcedit ad scificandā creaturā
sz silr̄ de vtroq; ꝓcedit:q̄uis hᵒ filio p̄r
dederit:vt sic de se ita et de illo ꝓcedat

De tp̄ali ꝓcessione specialiter agit.

De tpali autē ꝓcessiōe Beda i omelia dñice prime pᵒ ascensi onē ita loqtur. Cuȝ grā spūs sci daƭ hoibus: profcō mittiƭ spiritus a pr̄e: mittitur ⁊ a filio. ꝓcedit a patre ꝓcedit ⁊ a filio. ⁊ eiᵒ missio ē ipsa ꝓces sio. His v̄bis oñdit apte donationem grē spūs sci dici ꝓcessionē vel missionez eiusdē. sed cū donatio siue datio non sit nisi tpalis: cōstat q̄ ⁊ hec ꝓcessio siue missio tpalis ē. Hāc quoqȝ tpalē spiritᵒ sci ꝓcessionē Augꝰ. in. 15ᵒ. li. de tri. insinu at dicēs spiritū scm̄ ꝓcessisse a xp̄o: qñ post resurrectionē insufflauit in discipu los his v̄bis. Cū resurrexisset christᵒ a mortuis ⁊ apparuisset discipul' insuffla uit ⁊ ait. accipite spm̄ scm̄: vt eū etiā de se ꝓcedere oñderet. ⁊ ipse ē v̄tus que de illo exibat: vt legiƭ in euāgelio. ⁊ sana bat oēs. Et ut oñderet hāc ꝓcessionem spūs sci nō esse aliud q̄ȝ donationē vl' da tionē ipsius spūs sci: addit post resurre ctionē dñs Jesus bis dedit spm̄ sanctuȝ semel in terra ꝓpter dilectionē ꝓximi ⁊ iterū de celo ꝓpter dilectionē dei. qa ꝑ ipsū donū diffundiƭ charitas in cordi bus nr̄is: qua diligimᵒ deū ⁊ ꝓximū.

Q: aliqui dicūt spiritū sanctuȝ non dari: sed dona eius.

Sunt autē aliq qui dicūt spm̄ scm̄ ipsū deū nō dari: sed dona eius: que nō sūt ipse spūs scūs Et vt aiūt: spūs scūs dr̄ dari cū grā eiᵒ que tamē nō ē ipse datur homini. ⁊ hᵒ dicūt Bedā sensisse in supioribus v̄bis quibᵒ dicit spm̄ scm̄ ꝓcedere cuȝ ipsius gratia datur hominibus: tanq̄ȝ non ip semet detur: sed eius gratia.

Q: ipse spūs sanctus qui deus est ⁊ datur ⁊ mittitur.

Sed q̄ȝ ipse spiritus scūs qui deus est ⁊ tercia in trinitate persona detur: aperte osten dit Augustinus. in. 15ᵒ. li. de tri. ita di cēs eundē spm̄ scm̄ datū cuȝ insufflasset Jesus. de qᵒ mox ait. Ite: baptisare oēs gentes in noie pr̄is ⁊ filii ⁊ spūs sancti. nō debemus ambigere. Ipse ergo est q etiā de celo datᵒ ē die pēthecostes: quō ergo deus nō ē qui dat spm̄ scm̄? immo quātus deᵒ ē qui dat deū? Ecce his ver bis apte dicit spm̄ scm̄ ipsū. s. deuȝ dari hoibus a pr̄e ⁊ filio. ⁊ q̄ȝ ipse spūs scūs qui deus ē ac tercia in trinitate ꝑsona: nobis detur: nr̄isqȝ infundaƭ atqȝ illaba tur mētibᵒ. aperte oñdit Ambro. in li. primo de spū scō dicēs. licet multi dicanƭ spūs. q̄ legr̄. qui facit angelos suos sp̄s vnᵒ tñ ē dei spūs. Ipsum ergo vnū spm̄ ⁊ apl'i ⁊ ꝓphete sunt cōsecuti. sicut etiā vas electōnis dicit: q̄ vnū spm̄ potaui mus: quasi eū qui nō queat scindi: sed in fundaƭ animis ⁊ sensibus illabaƭ: vt se cularis sitis restringat ardorē. qui sp̄s scūs n̄ ē de natura reꝝ corpaliū: nec de suba inuisibiliū creaturaꝝ. His verbis apte dic̄ spm̄ scm̄ ipm̄ qui creatura n̄ ē infūdi mētibus nr̄is. Itē in eodē. Ois mutabil' ē creatura: sȝ n̄ mutabil' spūs scūs. Quid āt dubitē dicere: q̄ datᵒ est ⁊ spūs scūs: cū scriptū sit. charitas dei diffusa ē in cordibᵒ nr̄is ꝑ spm̄ scm̄ qui datus ē nobis. Qui cū sit inaccessibilis natura: receptabil' tñ ꝓpter suā bonita tē nobis ē cōplēs v̄tute oia: sȝ q solis ꝑ ticipeƭ iustis: siplex suba. opulēs v̄tutibᵒ vnicuiqȝ p̄sens: diuidēs de suo singulis: ⁊ vbiqȝ totus. Incircūscriptus ergo est ⁊ infinitᵒ spūs scūs: qui discipl'oꝝ sensᵒ sepatoꝝ infudit: queȝ nihil pōt falllere Angeli ad paucos mittebanƭ: spūs aūt sanctus populis infūdebatur. Quis gᵒ dubitet quin diuinū sit quod infūditur simul pluribus: nec videtur? Unus est spūs scūs qui datus ē oibus: licȝ sepati apl'is. Et hic apte dicit Ambro. q̄ȝ spūs

scũs qui ẽ subã simplex: cũ sit vnus dat pluribus. Alia quoq; auctoritate hoc idem astruitur scilicet q spiritus scũs q est filio equalis hoibus detur. Ait enim Aug. de verbis aplĩ. Si charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritũ sanctũ qui datus ẽ nobis. a quo datur? ab illo qui dedit dona hoib⁹. que dona? spiritũ sanctũ qui tale dat donũ qual est ipse. magna ẽ misericordia eius. donũ dat equale sibi: quia donũ eius spũs scũs est. p̃missis ⁊ aliis pluribus auctoritatibus apte mõstrat q spũs equalis patri ⁊ filio nobis datur. nec iõ tamen minor ẽ pr̃ ⁊ filio. Unde Aug. in. 4°. li. de tri. Nõ iõ miorẽ eẽ spm̃ scm̃ q2 cũ pater misit ⁊ filius arbitrandum est.

An viri sancti ecclesie p̃lati dent vel dare possint spiritum sanctum.

Hic querit vtrũ ⁊ viri sci dent vl dare possint aliis spm̃ scm̃ Quẽ si aliis dant: cuz eius donatio supra sit dcã pcessio: videt ab eis pcedere spũs scũs vel mitti. sed creator a creatura nõ pcedit vel mittit. Restat ergo vt ipsi nõ dent spm̃ scm̃ nec dare possint. Unñ Aug. in. 15°. li. de tri. Nõ aliqs discipłoꝝ xp̃i dedit spz scm̃. Orabãt quippe vt veniret in eos quibus manũ imponebãt. nõ ipsi eũ dabãt. quẽ morẽ in suis p̃positis etiã nũc seruat ecclesia Deniq; ⁊ Symõ magus offerẽs apl̃is pecuniã: nõ ait. date ⁊ mihi hãc ptãtez vt dem spm̃ scm̃: sed cuicũq; ingt imposuero man⁹ accipiat spm̃ scm̃. q2 nec scriptura supius dixerat. Vidẽs ãt symon q2 aplĩ darẽt spm̃ scm̃: sz dixerat. vidẽs ãt symon q2 p ipositõez manuũ apłoꝝ daret spũs scũs. Ecce his v̾bis oñdit Aug. nec apłos nec alios eccl̃ie p̃latos dedisse vel dare spm̃ scm̃.

Q' n̄ pñt dare spm̃ scm̃ hic docet.

Et qđ plus ẽ nõ posse etiã dare dic in eo. li. subdens de xp̃o. Scriptũ ẽ q accepit a pr̃e p missionẽ spũs sci: ⁊ effuderit. i q° vtraq; natura mõstrata ẽ: hũana. s. ⁊ diuia. accepit qppe vt hõ: effudit vt de⁹. nos ãt accipe quidẽ hoc donũ possum⁹ p modulo nr̃o: effũdere v̾o sup alios nõ vtiq; possum⁹: sed vt hoc fiat deũ sup ipos a q° id efficit inuocam⁹. His v̾bis exp̃sse dic nos spm̃ scm̃ nõ posse sup alios effũdere id est aliis dare.

Quod videtur cõtrarium.

Sed huic videt contrariũ qđ apłus ad Gallathas de se loquẽs ait. Qui tribuit vobis spm̃ ⁊ opat v̾tutes i vob. Ecce euident dicit se tribuisse spm̃. sed intelligendũ ẽ apłz dixisse: h° n̄ q2 hr̃et ptãtẽ ⁊ auctẽ dãdi spm̃ sanctum: sed q2 misteriũ hũit in q° dabat a deo spũs scũs. Ut. n. ait Aug. sup eundẽ locũ exponẽs illud aplĩ v̾bũ. ab apło p̃dicata ẽ eis fides: i qua p̃dicatõe aduentũ ⁊ pñtiaz spũs sci senserãt: sic illo tpe i nouitate inuitatõnis ad fidẽ: etiã sensibilib⁹ miracl̃is pñtia sci spũs appebat. vt in actib⁹ apłoꝝ legi̾. apte hic oñdit quõ illis spm̃ sanctũ tribuerit apłs. nõ vtiq; ipsũ mittẽdo i eos sz p̃dicãdo eis fidẽ xp̃i: quã illis recipiẽtib⁹ q spũs scũs in eis essz aliqb⁹ signis visibilib⁹ mõstrabat. Nõ g° homines q̃tũcũq; sci dare pñt spm̃ scm̃.

Utrũ spũs sanctus detur a seipso.

Hic cõsiderandũ ẽ cũ spũs scũs det hoib⁹ a pr̃e ⁊ filio: qđ est ipz tpalr pcedere ab vtroq; vel mitti: vtrũ etiã a seipso det. si dat a se ⁊ pcedit vl mittit a se. Ad qđ dicimus q2 spũs scũs ⁊ de⁹ ẽ ⁊ donũ siue datũ: ⁊ iõ dat ⁊ dat. dat qdẽ iq̃tũ de⁹: ⁊ dat in q̃tũ donũ. Cũ ãt donatõ siue datõ spũs sci sit opa° dei: ⁊ cois sit ⁊ idiuisa opa°

trium ꝑsonaruꝫ:donaẗ itaqꝫ spūs scūs non tm̄ a patre ⁊ filio:sed etiā a seipso. Vn̄ Aug᷒.in.15.li.de tri.ait ꝙ seipsum dat. Sicut inquit corpus carnis nihil ē aliud ꝙ̄ caro:sic donū spūs sancti nihil ē aliud ꝙ̄ spūs scūs. Intm̄ ergo donum dei ē inq̄tū daẗ eis quibꝰ datur. apud se aūt deus est etsi nemini daẗ:qꝛ deus erat pr̄i ⁊ filio coeternꝰ anteꝙ̄ cuiquā dareẗ. Nec qꝛ illi dant ⁊ ipse daẗ iō minor ē illis. Ita enī datur sicut dei donuꝫ vt etiā seipsuꝫ det sicut deus. Nō enī dici pōt nō esse sue ptātis:de quo dcm̄ est. Spūs vbi vult spirat. Ecce apte dicit ꝙ spūs scūs seipsuꝫ dat. Si enī spiritus sanctꝰ seipsuꝫ dare nō pōt:⁊ eū pr̄ dare pōt ⁊ filius. pōt itaqꝫ aliqd pr̄ ⁊ filiꝰ quod nō pōt spūs scūs. Item si pater ⁊ filius dāt spm̄ scm̄:nec ipse dat aliquid: ergo pater opatur ⁊ filius qđ nō opatur spūs scūs. dat ergo spūs scūs seip̄ꝫ Si autē seipsū dat:tunc ⁊ a seipso procedit ⁊ mittiẗ. quod vtiqꝫ verū ē. Nam ꝓcessio tpalis spūs sci vel missio ipsius est donatio ⁊ ipsa dei opatio. procedit ergo spūs scūs tpal̄r a se: ⁊ mittitur a se:quia datur a se.

Non ē mirū si spūs scūs dr̄ mitti vl̄ ꝓcedere a se:cum etiam filius dicaẗ mitti a se.

E autē mireris ꝙ spūs sanctꝰ dr̄ mitti vel ꝓcedere a se. Nā ⁊ de filio dei dic̄ Aug᷒.in.2°. li.de tri.ꝙ nō tm̄ a pr̄e missus ē:sꝫ etiaꝫ a seipso ⁊ a spū scō:querēs quō filiꝰ vel spūs scūs sit missus:cū vterqꝫ sit vbiqꝫ tanꝙ̄ deꝰ. Nā vterqꝫ inq̄t Aug᷒. legitur missus. de spū scō enī legi̇̄. quē mittꝫ pater in noīe meo. Et itē. Si abiero mittā eū ad vos. Et filiꝰ de se dicit. Exivi a pr̄e ⁊ veni in mūdū. Et apl̄s dic̄. Misit deꝰ filiū suū. In propheta autē dictū ē ex ꝑsona dei. Celū ⁊ terrā ego impleo Itaqꝫ vbiqꝫ deus ē:vbiqꝫ ergo ē filius vbiqꝫ ē etiā spūs scūs. Illuc ergo missus ē filius ⁊ spiritus sanctꝰ vbi erant.

Quō intelligēda sit missio vtriusqꝫ.

Uocirca querenduꝫ ē quomō intelligatur missio filii vel spiritus sancti. Pater eniꝫ solus inquit Aug᷒.in eodē:nusquam legi̇̄ missus:sed filius ⁊ spūs sanctꝰ. Et de filio ꝓmū videamꝰ quō missuꝫ eū apostolus dicat. Misit deus filiū suū factū ex muliere. vbi satis ōndit:eoipso missū filliuꝫ quo factuꝫ ex muliere. proinde mitti a patre sine spū sancto nō potuit:quia pr̄ intelligitur misisse eū cū fecit ex femina quod vtiqꝫ n̄ fecit sine spū sancto. Ecce hic dicit filiū missuꝫ a pr̄e ⁊ spū sancto

Qꝛ a spiritu sancto filius sit missus auctoritatibus confirmatur.

T ꝙ a spiritu sancto filius sit missus vt ait Aug᷒.in eodem auctoritatibꝰ cōfirmaẗ. Ipse xp̄s dicit ꝑ ysaiā. Nūc misit me dominꝰ ⁊ spūs eius. De hoc Ambro.in li.2°. de spū scō ita ait. Quis est qui dicit. misit me dominꝰ ⁊ spūs eius:nisi qui venit a patre vt saluos faceret peccatores Jesus xp̄s. ergo ⁊ pr̄ filiū misit ⁊ spiritus Idē in eodē. Datꝰ ē a pr̄e vt ysaias dic̄ Puer natus ē nobis ⁊ filius datꝰ ē nobis. Datus ē audeo dicere:⁊ a spū:qꝛ ⁊ a spū missus ē. Dic̄.n.filiꝰ dei. Sp̄s dn̄i sup me:ꝓpt̄ qđ vnxit me. euāgelisare paupibꝰ misit me. p̄dicare captiuis rēissiōꝫ ⁊c̄. qđ cū de libro ysaie legeret:ait ī euāgelio. hodie ꝯpleta ē hec scriptura ī auribus vestris:vt de se dictū significaret. Bene autē dixit super me:quia q̄si filius homīs ⁊ vnctus est ⁊ missus ad p̄dicandū. Nā ƀm diuinitatē non super xp̄m est spūs:sꝫ in xp̄o. Ecce ex his vbi

ostendit Ambrosiꝰ filium esse missum ⁊ datū nobis non tm̄ a patre:sed etiaꝫ a spiritu sancto.

Qꝫ filius sit datus etiā a seipso.

Einde ostendit esse datū etiā a seipso:ita dicēs ī eodē li. cuꝫ nō diffinitū fuerit p ꝓphāꝫ a q° datus sit filiꝰ:oñdit̄ datus grā trinitatis:vt etiā filius ipse dederit. Ecce hic dicit ꝙ filiꝰ se dedit:quia trinitas eum dedit. Si autē filiꝰ a se datus est:a se ergo missus ē:⁊ a se processit. ⁊ hoc vtiqꝫ verū est ⁊ concedi oportet:cum eius missio sit diuina opatio.

Qꝫ filius sit missus a se.

Uod autē a se mittatur Augustinus astruit in libro. 2° de trinitate dicens. Forte aliqs cogat vt dicamꝰ etiā a seipso missuꝫ eē filiū. quia marie cōceptus ⁊ partus operatio trinitatis est. Sed inquit aliquis quō pater eū misit si ipse se misit? Cui respondeo querēs vt dicat quomō euꝫ pater sanctificauit:si ipse se sanctificauit. Utrūqꝫ eni dominus ait. Quem pater inquit sanctificauit ⁊ misit in hunc mūdū. Et alibi. Ego pro eis sanctifico meipsum. Item quero quomodo pater eum tradidit:si ipse se tradidit. Utrūqꝫ enim legitur. Credo ꝙ respondebit:si probe sapit. quia vna voluntas est patris ⁊ filii:⁊ inseparabilis operatio Sic ergo intelligat illā incarnationem ⁊ ex virgine natiuitatē in qua filius intelligitur missus:vna eademqꝫ opatione patris ⁊ filii insepabiliter esse factam: non inde sepato spiritu sancto. ergo a patre ⁊ filio missus ē idē filius:quia a patre ⁊ a verbo eius factū est vt mitteretur:id est incarnatus hominibꝰ appareret. Non eni missus ē mutando locuꝫ qꝛ in mūdo erat. quapropter pater inuisibilis vna cū filio secū inuisibili:eūdē filiū visibilē faciēdo:misisse eū dictus ē Qui si ita visibilis fieret vt cum patre inuisibilis esse desisteret:id est si substantia inuisibilis verbi in creaturā visibileꝫ mutata ⁊ trāsiens verteretur:ita missus a patre intelligeret̄ filiꝰ:vt tm̄ missus:non etiā cū p̄re mittēs inueniretur Cū vo sic accepta ē forma fui vt maneret incōmutabilis forma dei:māifestuꝫ est ꝙ a patre ⁊ filio nō a parētibus fcm̄ sit ꝙ appareret in filio:id est ab inuisibili patre cū inuisibili filio idem ipse filius visibilis mitteretur.

Summatim colligit que ex p̄dictis assumūtur.

X supradictis aperte mōstratur ꝙ filius missus ē a patre ⁊ a spū sancto ⁊ a seipso:⁊ q̄ sit ipsa missio. s. incarnatio id est ꝙ fcūs est homo:per quod visibilis apparuit quod est opus cōmune patris ⁊ filii ⁊ spūs sancti.

Questio cur dicit a meipso nō veni.

Ed adhuc opponitur:si filius a seipso missus ē:cur ergo ait a meipso nō veni? Ad h° Augustinus respōdet in. 2°. libro de trini. dicēs hoc dcm̄ eē ꝭm formam serui:ꝭm quā nō fecit vt mitteret̄. i. nō ē opatus incarnationē:sed ꝭm formā dei.

Utꝝ semel tm̄ missus sit filiꝰ:an sepe

Ic q̄rit̄ vtꝝ semel tm̄ missus sit filiꝰ:an sepe mittat̄? Si eni missio filii ipsiꝰ tm̄ īcarnatio est cuꝫ semel tm̄ incarnatus sit:⁊ semel tm̄ videtur missus. at si sepe mittitur: est ⁊ alia eius missio q̄ꝫ incarnatio. Sed que est illa:nunqd eterna genitura missio eius dicēda ē:an etiā alia missio querenda est?

Qꝫ duobus modis dr̄ filius mitti.

D quod dicim⁹ q̄ duob⁹ mo
dis dicitur filius mitti p̄ter
illā eternā geniturā: que inef
fabilis est: ſm quā et iā missus possꝫ di
ci: vt videt̄ quibusdā: sed meli⁹ ⁊ veri⁹
ſm eam dicitur genit⁹. p̄ter eā ergo du
obus modis dicit̄ mitti. s. vel cuꝫ visibi
liter mūdo apparuit carne indut⁹: vel
cū se in animas pias sic transfert: vt ab
eis pcipiatur ac cognoscat̄. Hos duos
missionis modos Aug. apte distiguit
in. 4°. li. de trinitate dicēs. Non eo ipso
q̄ de patre nat⁹ est missus dicit̄ filius: sꝫ
vel eo q̄ nō apparuit huic mūdo vbuꝫ
caro factū. Unde dicit: a patre exiui ⁊
veni in mundū. vel eo q̄ ex tpe cuiusq̄
mēte pcipitur: sicut dictum ē de sapien
tia. Emitte illaꝫ de celis sanctis tuis: ⁊
a sede magnitudinis tue: vt mecuꝫ sit ⁊
mecū laboret. i. doceat me laborare. Et
tūc vnicuiq̄ mittitur cū a quoq̄ cogno
scitur atq̄ pcipitur: quantū cognosci ⁊
pcipi potest pro captu vel pficientis i
deum: vel pfecte in deo anime rōnalis.

Q: ſm alterū semel ⁊ ſm alteum sit
sepe missus: ⁊ ſm alterū vt sit hō: ⁊
ſm alteꝝ vt sit cum homine.

Cce distincti sunt duo modi
missionis filii: ⁊ ſm alteruꝫ se
mel tm̄ missus ē dei filius: ſm
alterū sepe missus ē ⁊ mittitur cottidie
Nā ſm alterū missus ē vt sit homo: qđ
semel tm̄ factū est: ſm alterū vero mit
titur: vt sit cū homine: quo modo cotti
die mittitur ad sanctos: ⁊ missus ē eti
am ante incarnationē ad omnes scōs:
qui ante fuerūt: ⁊ etiā ad angelos. Un̄
Aug. de filio. i. de sapia patris loquens
in. 4°. li. de trini. ait. Aliter mittit̄ sapia
vt sit cū hoie: aliter missa ē vt sit homo
In aias enī sanctas se transfert: ⁊ ami
cos dei ⁊ pphetas cōstituit: sicut etiaꝫ
implet sanctos angelos: Sed cū venit
plenitudo tempis missa ē: non vt imple
ret angelos: nec vt esset angelus: nec vt
esset cū hoibus nec in hoibus tm̄: vt an
tea in patribus erat: ⁊ in pphetis: sed
vt ipsū verbū fieret caro. i. homo.

Q: ſm alterū modū dicitur missus
in mundū: ſm alterum non.

Reterea notandū est q̄ cū his
duobus modis mittatur fili⁹
ſm alterū dicit̄ missus in mū
duꝫ: ſm alterū vero nō. Eo enīꝫ modo
missus in mundū dr̄: quo visibilis mū
do apparuit. Unde Aug. in eodē libro
ait. Cū ex tpe cuiusquā mente pcipitur
mitti quidē dicitur: sed nō in hūc mun
dū. Nō enī sensibiliter apparet. i. corpo
poreis sensibus presto est. Nā ⁊ nos ſm
q̄ mente aliquid eternū capim⁹: non in
h° mundo sum⁹: ⁊ omniuꝫ iustoꝝ spūs
etiā in carne viuentiū: inq̄tū diuina sa
piūt nō sunt in hoc mūdo. Ex predictis
liquet q̄ p̄ter ineffabilē geniturā duo
bus modis mittit̄ filius. s. cū visibiliter
apparuit: vel inuisibilr̄ pcipit̄ mente.

Cur pater nō dicitur missus: cuꝫ ab
aliquo cognoscitur filius.

Ic queritur cur pr̄ nō dicitur
missus: cuꝫ ex tpe a quoq̄ co
gnoscitur sicut filius. Ad qđ
dicim⁹: q2 i eo ē pricipii auctoritas: qui
nō hꝫ de q° sit a quo fili⁹ ē ⁊ spūs scūs
Pr̄ enī ē vt ait Aug. in eodē li. pricipiū
diuinitatis toti⁹: vel si meli⁹ dr̄ deitatis
q2 principiū filii ⁊ spūs sci. Nam vt ait
Aug. in eodē. Si voluisset etiaꝫ de⁹ pr̄
p subiectā creaturā visibilr̄ appareret
absurdissime tñ aut a filio queꝫ genuit
aut a spū scō q de illo pcedit miss⁹ di
ceret. Cōgruēter āt ille dicit̄ missus q
in carne apparuit misisse: aut ille qui in
ea non apparuit.

Deoqꝫ putauerūt quidā heretici
cū pater non sit missus: sed filius
⁊ spiritus sanctus: patrē esse ma
iorē: ac filiū miorē ⁊ spiritū sanctū: atqꝫ
patrē quasi maiorē misisse: vtrunqꝫ q̄si
minorē. quod Augustinus improbat in
4°. li. de trinitate illis contradicēs. Nō
ideo inquit arbitrandū ē minorē esse fi
lium ꝙ missus ē a patre: nec iō minorez
spiritū sanctū: quia ⁊ pater euz misit ⁊
filius. Siue eni ꝓpter visibilē creaturā
siue ꝓpter principii cōmendationē: nō
ꝓpter inequalitatē vel imparilitatē vł
dissimilitudinē substantie in scripturis
hec posita intelligunt̄. Non ergo ideo
pater dicitur misisse filiuz vel spiritum
sanctū ꝙ ille esset maior ⁊ illi minores
sed maxime ꝓpter auctoritatē pricipii
cōmendandaz. ⁊ qꝛ in visibili creatura
nō sicut illi apparuit. Ecce ostensum est
que sit missio filii: ⁊ quibus modis mit
tatur.

De missione spiritus sancti que fit
duobꝰ modis visibiliter ⁊ inuisibilił

Unc de spū sancto videndum
est p̄ter illā ineffabilez ⁊ eter
nā ꝓcessionē qua ꝓcedit a pa
tre ⁊ filio: ⁊ nō a seipso: que sit eius tem
poralis ꝓcessio: que dicit̄ missio siue do
natio. Ad quod dicimꝰ ꝙ sicut filiꝰ du
obus modis dicitur mitti. Uno quo vi
sibiliter apparuit: altero quo inuisibilł
castis mētibus ꝑcipitur. Ita ⁊ spiritus
scūs a patre ⁊ filio ac seipso duobꝰ mo
dis ꝓcedere siue mitti siue dari dicitur
vno visibiliter: altero inuisibilł. Datus
eni est visibilis creature demōstratione
sicut in die penthecostes aliisqꝫ vicibus
⁊ datur cottidie inuisibilł illabēdo mē
tibus fidelium.

Prius de illo modo missionis qui fit
visibiliter.

T primo agamus de illo mis
siōis modo qui fit visibili spē
De hoc Augustinus in. 2°. li.
de trinitate ita ait. In promptu ē intel
ligere de spū scō cur missus ⁊ ipse dicat̄
Facta ē eni quedā creature spēs ex tem
pore: in qua visibiliter ostēderet̄ spiritꝰ
scūs: siue cū in ipsuz dominū corporali
specie colūbe descendit: siue cuz die pen
thecostes factus ē subito de celo sonus
quasi ferretur flatus vehemens: ⁊ vise
sunt illis lingue diuise sicut ignis: qui ⁊
insedit sup singulos eoꝝ: hec oꝑatio vi
sibiliter expressa ⁊ oculis oblata morta
libus: missio spiritus sancti dicta est
nō vt appareret eis ipsa substātia: qua
⁊ ipse inuisibilis ⁊ incōmutabił ē sicut
pater ⁊ filius: sed vt exterioribus visis
corda hominū cōmota a tēꝑali mani
festatōe veniētis: ad occultā eternitatez
semꝑ p̄sentis cōuerterētur. Ecce his ver
bis aꝑit Aug. illū modū missionis qui
visibilł exhibetur: cū tn̄ ipse spūs in sui
natura non videat̄. Qui nec in illis cre
aturis magis erat q̄ꝫ in aliis: sed ad ali
ud. In illis eni erat vt ꝑ eas ad hoies
venientes ostenderetur esse in illis: ad
quos creature ille veniebant. Non eniz
spiritus sanctus temporali motu tunc
venit vel descendit in homines: sed per
temporalem motum creature significa
ta est spiritualis ⁊ inuisibilis spiritus
sancti infusio. Et vt apertius dicaz per
illū modū missionis spiritus sancti cor
poraliter exhibitum: monstrata ē spiri
tualis ⁊ interior missio spiritꝰ sancti si
ue donatio: de qua agendum est.

Cum filius sit minor patre ꝯm for
mā creatā in qua apparuit: cur nō
⁊ spiritus sanctus similiter.

Reterea inuestigari oportet diligenter: vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit que tantum filius est. quod videtur a simili posse probari. Si enim pater diligit amore qui ab ipso procedit: cur non et sapientia vel intelligentia quam genuit sapit et intelligit. Hanc questionem urgere videtur vt ait Aug. in 7 li. de tri. Quod scripsit Apostolus dicens Xpm dei virtutem et dei sapientiam Ubi queritur utrum ita sit pater sapientie et virtutis sue: ut hac sapientia sapiens sit quam genuit: et hac virtute potens quam genuit: sed absit ut ita sit: quia si hoc est ibi esse quod est sapere: non per illam sapientiam quam genuit sapiens est pater Alioquin non ipsa ab illo: sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quam genuit: causa est illi ut sapiens sit: etiam vt sit ipsa illi causa est. quod fieri non potest nisi gignendo eum aut faciendo. sed nec genitricem nec conditricem patris ullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanius? ergo pater ipsa sapientia est qua sapiens est. filius vero dicitur sapientia et virtus patris: non quia pater per eum sit sapiens uel potens. sed quia filius sapientia et virtus est de patre sapientia et virtute. Ex his ergo patet quod pater non est sapiens sapientia genita sed seipso sapientia ingenita.

Utrum filius sapiens sit sapientia ingenita uel genita.

Ost hoc queri solet a quibusdam: utrum filius sit sapiens sapientia genita uel ingenita? Si enim non est sapiens sapientia genita

nec seipso sapiens est. Si uero sapientia genita sapiens est: nō videtur eē sapiēs sapientia ingenita. ⁊ ita nō uidetur esse sapiens a prē: cum a patre hēat oia. Ad qḋ dicimꝰ quia vna est sapientia patris ⁊ filii ⁊ spiritus sancti: sicut vna est essētia: qꝛ sapia in illiꝰ nāe simplicitate ē eēntia: ⁊ tamē filius tantum est sapiētia genita: ⁊ pater tantum sapientia ingenita ⁊ sapientia genita est de sapientia ingenita vel a sapientia ingenita. Et cum idē sit ibi esse quod sapientem esse: relinquitᷣ vt sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita: vel a sapientia igenita. Nō ergo filius dicitur sapientia dei: tāqꝫ ipse solꝰ sit itelligēs vl' sapiēs sibi ⁊ prī ⁊ spūi sancto. quia vt ait Augꝰ in. 15° lib° ḋ tri. Si solus ibi filius intelligit sibi ⁊ patri ⁊ spiritui sancto: ad illam reditur absurditatem: vt pater non sit sapiens de seipō: sed de filio. nec sapientia genuit sapientiam: sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quam genuit. Ubi enim nō est intelligentia: nec sapientia esse potest Ideoqꝫ si pater nō intelligit ipse sibi: sed filius intelligit patri: profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc est deo esse quod sapere: ⁊ ea illi essentia est que sapientia: ñ filius a patre: quod verum est: sed a filio potius pater habet essentiam. quod absurdissimum est atqꝫ falsissimum est. Est ergo deus pater sapiens ea que ipse est sapientia sua: ⁊ filius sapientia patris est sapiens de sapientia que est pater: de quo est genitus filius. Ita ⁊ pater est intelligens ea que ipse est sua intelligentia. non enim esset sapiens qui ñ esset intelligens. filius autem intelligētia patris: de intelligentia genitus est que ē pater: de qua intelligens est. proinde pater est sapientia: ⁊ filius sapientia: ⁊ vterqꝫ vna sapia: ⁊ tamē solus pater est ingenita sapia: ⁊ filius solꝰ est genita sapientia. nec tamen alia sapientia pater: alia filius: sed vna eadēqꝫ est. sicut pater est deus ingenitus: ⁊ filius est deus genitus: neqꝫ deus genitus est deus igenitus. nō tamen ideo alius deus est pater alius filius: sed vnus deus vterqꝫ: nō aūt vnus. alius est enim genitus alius ingenitus: sed non alius deus. immo vterqꝫ vnum sine vnus deus. ita nō est sapiētia genita sapientia ingenita: sed alia est sapientia genita: alia ingenita. non est tamen alia sapientia: sed vna eademqꝫ sapientia.

Augustinus in libro octuagesimoqr to qōnum.

Um sapiens dicitur: ⁊ sapientia dicitur: sine qua eum vel fuisse aliquando vel esse posse nefas est credere. nō participatione sapiētie sapiens dicitur: sicut anima que esse ⁊ non esse sapiens potest. sed qꝫ eam ipse genuerit qua sapiens dicitur sapientiā Animaduerte lector: patrem dicit sapientem genita sapientia: qḋ aliis obuiat testimoniis. Uerum hoc Augustinꝰ corrigit in. li. retractationum inquiens Dixi in libro. 84. q̄stionum de patre qꝫ eam ipse genuēit qua sapiens dicitur sapientiā. sed melius istam questionem in libro de tri. postea tractaui.

An filius sit sapiens a seipso vel per seipsum.

Ex predictis constat qꝫ filius ñ est sapiens a se neqꝫ de se: sed a patre ⁊ de patre. Queri autē solet: vtrum filius sit sapiens seipso vl' per seipsum. Quidā dicunt hic fieri ml'

tiplicem intelligentiam: ⁊ ideo distinguē dum fore ita. Ut cum dicis filium esse sapientem seipso vel per seipsum: si sui natura ⁊ essentia sapientem intelligas verus sit intellectus. Si vero a seipo vl' de seipo sapientem esse intelligas: falsita ti subiectam habes intelligentiā. Alii vero simpliciter ⁊ absq; determinatiōe concedunt huiusmodi locutiones. filius est sapiens per se: sed non a se vel de se Et filiꝰ ē deꝰ p se ⁊ ē p se: sȝ nō a se l' de se hoc confirmantes verbis hyla. qui filiū non a se: sed per se agere: in liᵒ 9ᵒ de tri. ait. Nature inquit cui contradicis here tice hec vnitas est: vt ita per se agat filiꝰ ne a se agat: ⁊ ita non a se agat vt per se agat. Intellige filium agentem: ⁊ per eum patrem agentem. Non a se agit cū pater in eo manere monstretur. per se agit cum ſm natiuitatem filii agit ipse que placita sunt. Infirmus sit non a se agendo nisi a deo ipe agit. Non sit vero in vnitate nature sique agit in quibus placet nō per se agit. Sic ergo inquiunt filius per se agit: sed nō a se: ita filius debet sapiens dici per se: sed non a se. sic ⁊ per se deus est vel esse dicendus est: vt aiunt: sed non a se vel de se.

An vna tantum sit sapientia patris.

Post hoc a quibusdam queri solet: vtrum vna tantum sit sapientia patris. quod nō esse nituntur hoc modo probare. Filius in/quiunt est sapientia patris genita qua pater sapiens non est. Est igitur aliqua sapientia patris qua sapiens non est. est autem ⁊ sapientia patris ingenita. ⁊ ea pater sapiens est. Est ergo quedam sa/piētia patris qua sapiens est. ⁊ ipsa non est illa sapientia patris qua pater sapi/ens non est. Non est ergo tantum vna sapientia patris. Item sapientia ingeni ta est sapientia patris: ⁊ sapientia geni ta est sapientia patris. Non ē aūt sapia ī genita sapientia genita. Non igitur vna sapientia tantum sapientia patris. Hec ⁊ his similia tanq̄ sophistica ⁊ a verita te longinqua: cunctis in theologia peri tis patētia abiicimus: responso indigna aduertentes: id tamen adiicientes. quia vna est tantū sapientia patris: sed non vno modo dicitur. Nam sapientia pa tris dicitur illa quam genuit: ⁊ sapien tia patris dicitur illa qua sapiens est. di uersa est ergo ratio dicti. Illa enim dei patris: quia eam genuit: ⁊ ea dicitur pa tris quia ea sapit. Una tamen sapientia patris: quia sapientia genita est eadem sapientia ⁊ ea qua sapiens est siue ea q̄ sapiens est: intelligatur persona patris siue essentia patris: quia persona patris que intelligitur cum dicitur sapientia in genita: ⁊ persona filii q significatur cuȝ dicitur sapientia genita: vna eademq; sapientia est. que essentia diuina intelligi tur cōmunis tribus personis.

Ut in trinitate est dilectio que est trinitas: ⁊ tamen spiritus sanctus est dilectio que non est trinitas: nec ideo due sunt dilectiones: ita ⁊ de sapientia.

Et sicut in trinitate dilectio est que est pater filius ⁊ spiri tus sanctus: que est ipsa essen tia deitatis: ⁊ tamen spiritus sanctus dilectio est: que non est pater vel filius nec ideo due dilectiones sunt in trinita te. quia dilectio que proprie spiritus. s. ē ē dilectio q̄ trinitas ē: nō tñ ipa ēnitas ē

ſicut ſpiritus ſanctus eſt eſſentia que tri
nitas ē:nō tñ ipe trinitas eſt: ita in trini
tate ſapientia eſt que pater eſt ⁊ filius ⁊
ſpiritus ſanctꝰ:que eſt eſſentia diuina:⁊
tamē filius eſt ſapiētia que nō eſt pater
uel ſpūs ſanctus.nec ideo due ſapientie
ibi ſunt:quia ſapiētia q̃ proprie eſt filiꝰ
eſt ſapia q̃ ē trinitas:ipe tñ ñ ē trinitas
Qua ratione pater non dicit̃ ſapiēs
ea ſapiētia quam genuit:eadē videt̃
debere dici ꝙ nō ſit diligēs pater vl'
filius dilectiōe q̃ ab vtroqꝫ ꝓcedit.

Reterea diligenter notanduꝫ
eſt ꝙ ea rōne qua pater nō di
citur ſapiens ſapientia quam
genuit:videt̃ fore dicendū ꝙ pater non
diligat filium: vel filius patrem ea dile
ctione que ab vtroqꝫ ꝓcedit.ſ.que ꝓꝑe
ſpiritus ſanctus eſt. Sicut enī idem eſt
deo ſapere qꝺ eſſe: ita idem eſt diligere
qꝺ eſſe.Ideo ſicut neg·atur pater eē ſapi
ens ſapientia quā genuit:quia ſi ea dice
retur ſapiēs:nō ipa ab eo:ſed ipe ab ea
intelligeret̃ eſſe.ita videt̃ nō debere con
ce·ꝺi ꝙ pater vel filius diligat dilectiōe
que tantū ſpiritus ſcūs eſt.quia ſi ea dili
git pater uel filius:nō ſpiritus ſcūs vide
tur eſſe a patre ⁊ filio:ſed pater ⁊ filiuſ
a ſpiritu ſancto.quia idem eſt ibi diligē
qꝺ eſſe.At ſupra dictū eſt: atqꝫ auctori
tate Aug.ſanccitum ꝙ in trinitate tria
ſunt:vnus diligens eum qui de illo eſt:⁊
vnus diligens eum de quo eſt: ⁊ ipa di
lectio.⁊ nō eſt aliquis duoꝝ quo genitꝰ
a gignente diligitur: ⁊ genitorem ſuuꝫ
diligit.quibus vbis apte ſignificat̃ pa/
trem filium:⁊ filium patreꝫ diligere ea
etiam dilectione que nō eſt aliquis eo
rum:ſed tantum ſpiritus ſcūs. Cuꝫ igit̃
idem ibi ſit diligere quod eē:quomodo
dicitur pater vel filius nō eſſe ea dilecti
one qua alter alteꝝ diligit? cum iō pa
ter negetur ſapere ſapientia quā genuit
ne ea eſſe intellligatur.

Queſtio inexplicabilis eſt que excel
lit infirmitates hois.

Ifficile ē mihi fateor hāc ſoluē
qōnē:ꝑcipue cum ex predictis
oriatur que ſimileꝫ vident̃ ha
bere rationē: qꝺ noſtre intelligentie at
tendens īfirmitas turbatur:cupiēs ma
gis ex dictis ſanctoꝝ referre ꝙ̃ afferre
Optimus enim lector eſt inquit Hyla.
in prio liᵒ de tri.qui dictoꝝ intelligentiā
expectet ex dictis potius ꝙ̃ imponat:⁊
retulerit magis ꝙ̃ attulerit.neqꝫ co
gat id iudei dictis ꝯtineri: qꝺ ante lecti
oneꝫ preſumpſerit intelligendū. Cū igit̃
de rebus dei ſermo eſt: cōcedamus deo
ſui cognitionē dictiſqꝫ eius pia venerati
one famulemur. Inueſtiget ergo diligē
ter pius lector dictorum rationē:ſi forte
dictoꝝ aliquam valeat reperiri cauſaꝫ
qua nota premiſſa queſtio aliquatenus
explicari ualeat. Ego autem queſtioneꝫ
nō abſoluens:ſed errorem excludens:ꝓ
fiteor nō ita dictum eſſe patrem diligē
filium:vel filiuꝫ patrē ea dilectione que
ab vtroqꝫ ꝓcedit:que nō ē aliqs eoꝝ:ſꝫ
tantum ſpiritus ſanctus tanꝙ̃ ea dilecti
one pater ſit vel filius. ſed ſic ea pater
diligit filium ⁊ filius patrem vt etiā pa
ter per ſe ea que ipſe ē dilectione diligat
ſic ⁊ filius.non autem ſic vt pater per
ſe non diligat ⁊ filius:ſed per eam tātū
Quis hoc in illa trinitate inquit Augꝰ
opinari vel affirmare preſumat? Eam
tamen queſtionem lectorum diligentie
plenius diiudicandam atqꝫ abſoluendā
relinquimus ad hoc minus ſufficientes.

Utruꝫ proprietates pſonaꝝ ſint ipe
perſone ⁊ deus id eſt diuina eſſentia.

Ost.ẽ.dcã magꝭ iteꝝ ↄsidẽari atqꝫ subtilr īqri oꝫ:vtꝝ ꝓꝓetates ꝑsonaꝝ qbꝰ ipe ꝑsõe detminant̃ sint ipe ꝑsone:⁊ sint deꝰ.i.diuia essentia:an ita sint in personis vt nõ sint persone:ac per hoc nec diuina essentia. Q꞉ enī ī personis sint ꝓprietates: nemo īficiari audet:cū apte clamet auctoritas ꝙ in ꝑsonis ẽ ꝓꝓetas ⁊ in eẽntia vnitas Supiꝰ quoqꝫ mltis testioniis astruximꝰ ꝑsõs ꝓꝓetatibꝰ distigui atqꝫ determiari Ipsasqꝫ ꝓprietates tres.s. ꝓpriis expressimus vocabulis. Cum ergo ꝓprietates ipe ab eterno fuerint quibus ipe ꝑsoue determinant̃ ⁊ differunt: quomõ essent si in eis non essent:⁊ quõ in eis essent: ⁊ ipe persone non essent: qn ibi esset multiplicitas? Quocirca sicut ꝓprietates eẽ ī ꝑsonis:ita ⁊ eas esse ꝑsonas ↄfitemur sicut supra auctoritate Hiero. vt ñ pigeat reuocare ad mentẽ: ꝓtestati sumus ī expositione fidei ita dicentis. Sabellii heresiꝫ declinantes tres ꝑsonas exꝑssas sub ꝓprietate distinguimus. Nõ enī nomina tm̄mõ: ſꝫ etiā nominū ꝓprietates i.ꝑsonas: vel vt greci exprimunt ipostases:hoc est subsistentias ↄfitemur. Ecce aperte dicit ꝑsonas ꝓprietatibus distigui:⁊ ipas ꝓprietates esse ꝑsonas. cuius hic uerba ꝑstringimus:quia supra latiꝰ posuimus. Cūqꝫ de simplicitate deitatis supra dissereremus auctoritatibus sanctoꝝ: scilicet Augꝭ. Hyla. Isido. nec nõ ⁊ Boetii:euidenter monstrauimus deū hoc esse oino qꝺ ī se habꝫ:excepto ꝙ pater habet filium:nec est filius: ⁊ filiꝰ hꝫ patrem: nec est pater: ⁊ sic esse in natura trium. vt qui habꝫ ⁊ hoc sit qꝺ habꝫ ⁊ totum qꝺ ibi est vnum esse:vnā vitaꝫ esse. que modo ñ iteramus ne fastidiū lectori ingeramus. Si ergo ꝓprietates ibi sunt:singula earuꝫ est id in quo est. ⁊ vnum eadẽqꝫ vita singule sunt. fatemur ergo ⁊ ꝓprietates esse in tribus ꝑsonis ⁊ ipas esse ꝑsonas atqꝫ diuinā essentiaꝫ

Auctoritate astruit ꝙ ꝓꝓetas sit nā

Uod enī ꝓprietas etiam natura diuina sit:ostẽdit Hyl. ita dicens natiuitatẽ filii esse nām vnde ipe ī 7° libº de tri. ait. Utriusqꝫ natura nõ differt. vnum sunt pater ⁊ filiꝰ habꝫ igitur hoc sacramẽti natiuitas vt ↄplectatur in se:⁊ nomẽ:⁊ naturā:⁊ potestatem. quia natiuitas nõ põt non esse ea natura vnde nascatur filius. Ideꝫ in 6°. Natiuitas ꝓprietas est: vnitas ẽ. Iꝺ ī 7° dicit. Q꞉ nature natiuitas sit intelligenda esse in natura dei. Supra etiā dicit. quia ꝓprium patris est ꝙ semp pr est: ⁊ ꝓprium filii ꝙ semp filiꝰ est: significans ꝙ ꝓprietas patris est pater:⁊ ꝓprietas filii est filius. his aliisqꝫ pluribus auctoritatibus aperte significari videt̃ ꝙ proprietas filii filius sit:⁊ sic deus. ita ⁊ ꝓprietas patris:⁊ proprietas spiritꝰ sancti.

Quidam negant proprietates eẽ personas ⁊ diuinam naturam:⁊ quare

Oc autem aliqui negant: dicentes quidem proprietates in personis esse:sed non esse personas ipsas. quia ita dicunt esse in personis vel essentia diuina vt non sint interiꝰ sicut ea sunt que ſm substantiam de deo dicuntur. vt bonitas:iusticia. sed extrinsece affixa sunt. atqꝫ ita esse rationibus probare contendunt. Si enim inquiūt proprietates persone sunt:non eis personis determinantur. Cõtra qꝺ dicimꝰ quia etiam seipsis persone differunt: sicut supͣ Hiero. loqnens de patre ⁊ filio ⁊ spiritu sancto dicit. Subā vnuꝫ sunt ſꝫ ꝑsonis ac noibus distiguūt̃.. Sꝫ iteꝝ addūt. si ꝓprietates ipe diuia eẽntia sūt

cum essentia non differant tres persone
nec ꝓprietatibus differunt. Quomō eni
pater differt a filio eo ꝙ diuina eēntia
est: cum essentia vnū sint.

Responsio ad premissa auctoritate
nitens.

Oꝝ doctrinis nouis ⁊ huma
nis ꝯmentis: uerbo Hyla. re
spondeo. Immēsum est quod
exigitur ⁊ incōprehēsibile. Extra signi
ficantiā sermonis est: extra sensus inten
tionē nō enunciat: nou attingitur: non
tenet. vborum significantiā rei ipi⁹ nā
ꝯsumit. Sensus ꝯtemplatiōez: īperspica
bile lumē obcecat intellligentie capacita
tē. qđ nullo fine ꝯtinetur: excedit. Mihi
ergo in sensu labes est. in ītelligentia stu
por. In sermone vo nō iam infirmitatē
sed silentiū ꝯfitebor. ꝑiculosum nimis ē
de rebus tantis ac tā recōditis: aliquid
vltra p̄scriptū celeste ꝓferre: vt vltra p̄
finitionē dei sermo de deo sit. forma sibi
certa est. nō ergo aliquid addendum est
sed modus ꝯstituend⁹ audacie. Quicqd
vltra querit̄ nō intelligitur.

Quō īprobi heretici instāt aliena ad
dentes.

Eteroꝝ hereticoꝝ iprobitas
instinctu diabolice fraudulen
tie excitata nōdum quiescit: sed
in tanta reꝝ qōne addit. Si paternitas
⁊ filiatio in dō siue in diuina eēntia sunt
eadē igit̄ res sibi pater est ⁊ filius. Naꝫ
in quo paternitas est pr̄ est. ⁊ in quo fili
atio est filius ē. Si igit̄ vna eadēq̧ res
hꝫ in se paternitatē ⁊ filiationē: ipa et
generat ⁊ generat̄. qđ dicentes in sabel
lianā heresim ptrahunt̄: extendētes pa
trē in filiū: cum ipm sibi filiū ꝓponāt ⁊
patrē. Si vo negauerint in vna dei eēn
tia paternitatē esse ⁊ filiatiōꝫ: quō ergo
dicūt eē ⁊ deuꝫ. His atq̧ aliis argumē

toꝝ aculeis vtunt̄ in sue opinionis asser
tionē: vt formā vitatis dissecent.

Respōsio ꝯtra hāc eoꝝ opionēꝫ: vbi
tradit̄ ꝙ ꝓprietates nō penit⁹ ita di
cunt̄ esse in dei essentia sicut in iposta
sibus.

Voꝝ audacie resistentes atq̧
ignorantie ꝓuidentes: audebi
mus aliquid super hoc loqui.
Paternitas ⁊ filiatio nō ita esse oīno di
cuntur in diuina essentia: sicut in ipsis
ipostasibus: in quibus ita sunt ꝙ eas de
terminant: vt ait Iohēs damascenus
Caracteristica idiomata sunt. i. đtermi
natiue ꝓprietates ipostaseos: ⁊ nō nāe.
⁊ enim ipostasīꝫ determinant ⁊ non nāꝫ
Ideoq̧ licet paternitas ⁊ filiatio sint di
uina essētia: cū eā nō det̄minēt: nō iō pōt
dici ꝙ diuina essentia: ⁊ generet ⁊ gene
retur. vel ꝙ eadē res sit ibi pater ⁊ fili⁹
Ita enim ꝓprietates determinant perso
nam: vt hac proprietate ipostasis sit ge
nerans: ⁊ illa alia ipostasis sit genita.
⁊ ita idem nō generat ⁊ generat̄: sed al
ter alterum.

Queritur quō ꝓprietates possint eē
in natura: nec eam determinent.

Ed forte queres cum hee ꝓ
prietates nō possint esse ī per
sonis qn eas determinent: quō
in essentia diuina esse possint: ita vt non
eaꝫ determinent. Respondeo tibi ⁊ hic
cum Hylario. Ego nescio: nō requiro: ⁊
ꝯsolabor me tamen. Archangeli nesciūt
āgeli nō audierūt. secula nō tenēt. ꝓpha
non sensit. apostolus nō interrogauit. fi
lius ipe nō edidit. Cesset ergo dolor que
relaruꝫ. Non putet homo sua intelligen
tia generationis sacramētū posse cōseq
absolute tn̄ ītelligēd⁹ ē pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ sp̄s. s
Stat in hoc fine intelligentia verborū
est filius a patre qui est vnigenitus: ab

ingenito:progenies a parente:viuus a viuo:non natura deitatis alia ⁊ alia: quia ambo vnū.hoc credendo incipe percurre:persiste:⁊ si non pventurū sciam:tamen gratulabor pfecturū.Qui enī pie infinita persequitur etsi non contingat aliquādo:tamē proficiet prodeundo. Sed ne te inseras in illud secretum ⁊ archanū inopinabilis natiuitatis ne te immergas:sūmā intelligentie comprehendere psumens:sed intellige incōprehensibilia esse.his aliisq; multis euidenter ostenditur nobis nullatenus licere maiestatem perscrutari ius ponere potestati:modum circumscribere infinito.

Quibus auctoritatibus opinionem suam.s.q̄ proprietas patris vel filii non sit deus:muniant.

Eruntamen nondū desistunt impatientie spiritu agitati:sz opinionē suam ⁊ sanctorꝫ auctoritatibus munire conantur:quibus ostendere volunt pprietatē qua pater est pater:⁊ proprietatē qua filius est filius:non esse deum:ad hoc inducentes verba augustini super illum locum psalmi.⁊ nō ē substantia:ita dicentis.Deus ē quedā substantia.Unde etiam in fide catholica sic testificamur vt dicamꝰ patrē ⁊ filiū ⁊ spiritū sanctū vniꝰ esse substantie.quid ē vnius substātie?quicquid est pater qui deus est:hoc ē filius:hoc spūs sanctus.Cū autē pater ē:nō illud ē quod ē.pater enī nō ad se:sed ad filiū dicitur.ad se autē dicit̄ deus.Eo ergo qđ vel quo deus ē:substantia ē.⁊ quia eiusdē substantie ē filius:proculdubio ⁊ filius ē deꝰ.At vero qđ pater ē:quia nō substantie ē:sed refertur ad filium: non sic dicimus filiū patrē esse sicut dicimus filiū deū esse.Ex his verbis significari dicunt q̄ pprietas patris vel pprietas filii n̄ sit deꝰ vl' eēntia diuia.Cū enī dicit eo q̄ deꝰ ē suba ē:sed qđ pater ē sube non ē:aperte inquiūt ostēdere idē esse substantiā quo deus est.id vero qđ pater ē nec esse substantiam.Item cum ait non illud ē pater quod est:ostendit eum non esse patrē eo q̄ substantia est. Non enī simpliciter dixit:pater non ē illud qnod est:sed ait.cum pater ē:non illud est quod ē:significās quo pater ē nō esse illud quo est id est essentiaꝫ.Hic illi ita exponētes sua cōmenta simplicibus ⁊ incautis vera faciūt videri.nos autē aliter ista intelligēda fore dicimus Diceres enī eo q̄ deus ē substantia est: sed qđ pater ē substātia nō ē.hoc intelligi voluit:quia essentia deus ē ⁊ deitate substantia ē.Eo enim substantia est quo deus ē:⁊ ecōuerso.cuiꝰ ea ē deitas que substantia:⁊ substantia que deitas sed quod pater est non ē substantie id ē nō quo pr̄ ē eo suba ē:⁊ ecōuerso.quia pprietate generationis pater est qua substantia non ē.Ipsam tamē pprietatem substantiā esse non negauit.Ita etiam illud intelligendum est quod ait.cū pater ē nō illud ē quod ē:id est nō illo pater ē quod vel quo ipse ē:id est essentia:sed notione.

Aliis etiā v̄bis augustini innitunt̄ vt asserāt quod dicunt.s.pprietates personarū non esse substantiā.

Tem illis verbis augustini vehemēter insistunt superius positis.s.verbū s̄m q̄ sapientia ē ⁊ essentia:hoc ē q̄ pr̄ s̄m q̄ ē verbū nō hoc est quod pater.Si inquiūt verbū nō ē hoc quod pater s̄m quod v̄bū ē:id g° qđ v̄bū ē non ē illud qđ pater ē

h

ꝓprietas igitur qua verbum est:non
est id quod pater est.nō est ergo essen
tia diuina.Ad quod dicimus quia licꝫ
ſm ꝙ verbū non sit hoc quod pater ē:
ea tamen ꝓprietas qua verbum est
id ē quod pater est:id est diuīa essentia
sed non est ypostasis patris.

Opinio quorundā non idem perso
nam ⁊ essentiam vel naturā dicētiū
⁊ nō posse esse patris ⁊ filii ⁊ spiritꝰ
sancti eandem essentiam.

Redictis est adiiciendum ꝙ
quidā peruersi sensus homi
nes in tantā ꝓsiluerūt insa
niam vt dicerēt non idē esse naturā dei
⁊ personam sine ypostasim:dicētes ean
dē essentiā non posse esse patrē ⁊ filium
sine ꝑsonarū confusiōe.Si enī inqūt ea
essentia que pater ē filiꝰ est:idē sibi pa
ter est ⁊ filius.Si hanc rē dicis esse pa
trē aliā quere quam dicas esse filiū.Si
vero aliā non quesieris:sed eandem di
xeris:idem genuit ⁊ genitus ē.propter
hec ⁊ huiusmodi inter naturā ⁊ ꝑsonā
diuidunt:ita vt nō recipiāt vnam deita
tis naturā ⁊ simplicē esse tres ꝑsonas.
Ideoqꝫ testimonio Hylarii defendere ni
tunť:qui in.7°.libro de trinitate q̄rēs
vtrū apostolus nominās spiritū dei ⁊
spiritum xp̄i idē significauerit:vtroqꝫ
verbo inqt ita.Gentiū p̄dicator volēs
nature vnitatē in p̄re ⁊ filio docere ait.
Spiritus dei in vobis est.Si quis āt
spiritū xp̄i non habet:hic non est eius.
Si autē spiritus eius qui suscitauit Ie
sum xp̄m ⁊c̄.spiritales omnes sumus
si in nobis est spiritus dei.Sꝫ ⁊ hic spi
ritus dei est ⁊ spiritus xp̄i.⁊ cū spiritꝰ
xp̄i in nobis est:eius spiritus in nobis
est.qui suscitauit xp̄m in nobis est spiri
tus:⁊ spiritus in nobis est xp̄i.nec ta
men non dei est spiritus qui in nobis ē
Discerne igitur o heretice spiritum xp̄i
a spiritu dei:⁊ excitati a mortuis spi
ritum christi a spiritu dei:christum a
mortuis excitantis:cum qui habitat ī
nobis spiritus xp̄i spiritus dei sit:⁊ spi
ritus xp̄i a mortuis excitati spiritꝰ dei
tm̄ sit christum a mortuis excitātis.Et
quero nunc in spiritu dei vtrum natu
ram an rem nature significatam existi
mes.Non idem est enim natura quod
res nature:sicut non idem est homo ⁊
quod hominis est.nec idem est ignis ⁊
quod ipsius ignis est.⁊ ſm hoc nō ideꝫ
est deus ⁊ quod dei.Huius dicti occasi
one prefati heretici dogmatisarūt non
idem esse personam ⁊ naturam dei:as
serentes naturam dei non esse tres per
sonas:intelligentes in his premissis ver
bis Hylarii per rem nature personaꝫ
⁊ nomine nature diuinā naturam.Et
ideo dicunt Hylarium interrogasse he
reticum:vtrum per spiritum dei puta
ret significatam esse naturam:an rē na
ture:vt sic ostenderet distinguendū esse
inter naturam ⁊ rem nature id est per
sonam.

Quomodo eis obuiat ipsius scripture circū
stantia:⁊ qualiter predicta debeāt
intelligi:⁊ ꝙ spiritus sanctus ē res
vnius nature patris ⁊ filii:⁊ ē ipsa
natura.

Oc quidam dicunt non intel
ligentes pia diligētia scriptu
re circumstantiam:qua consi
derata percipi potest quomodo p̄mis
sa dixerit Hylarius.Subsequenter
enim in eadem serie ostendit in spiritu
dei aliquando significari patrem.vt cū
dicit.spiritꝰ domini super me.Aliqn̄ si
gnificari filiū.vt cū dic̄.ī spū dei eiicio

demonia: nature sue ptãte se demones eiicere demonstrãs. aliquando spiritu3 sanctũ vt ibi. Effunda3 de spiritu meo super omnẽ carnem. quod dicit consũmatum fuisse cũ apostoli misso spiritu omnibus linguis locuti sunt. Deinde cur hanc distinctionem fecerit: ⁊ ꝙ in superioribus verbis apostoli idem spiritus significatus sit: ⁊ ꝙ ipse sit res vnius nature patris ⁊ filii aperte ac manifeste ostendit ita inquiens. Hec idcirco sunt demonstrata: vt quacunqꝫ parte heretica falsitas se contulisset finibus veritatis concluderetur. Habitat enim xp̃s in nobis. quo habitante habitat deus. Et cũ habitat ĩ nobis spũs sanctus: non alius tamẽ habitat ꝙ̃ spiritus dei. Quod si per spiritũ sanctum xp̃s in nobis intelligitur esse: hunc tamẽ ita spiritu3 dei vt spiritum xp̃i esse noscendu3 est. ⁊ cũ ꝑ naturam dei natura ipsa habitet in nobis indifferens natura filii' creditur esse a patre cũ spiritus sanctus qui est spiritus xp̃i ⁊ spiritus dei res nature demonstretur vnius. quero nũc ergo quomõ non ex natura vnũ sunt? A patre procedit spiritus veritatis: a filio mittitur: ⁊ a filio accipit. sed omnia que habet pater filii sunt. ⁊ idcirco qui ab eo accipit dei spiritus est: ⁊ idem spiritus xp̃i est. Res nature filii est: sed ⁊ eade3 res ⁊ nature patris est: ⁊ dei excitãtis xp̃m a mortuis spũs est. ⁊ idẽ spũs xp̃i est a mortuis excitati. In aliq° differt xp̃i ⁊ dei natura ne eadẽ sit si prestari põt vt spiritus qui dei est non sit ⁊ xp̃i. Est ergo in nobis spiritus dei: ⁊ est in nobis spiritus xp̃i. ⁊ cum spiritus xp̃i inest: inest spiritus dei. Ita cũ qd dei ẽ ⁊ xp̃i est: ⁊ quod xp̃i est dei est: nõ potest qd aliud diuersum christus esse ꝙ̃ deus est. deus ergo xp̃s est vnus cu3 deo spiritus. ꝺm illud. ego ⁊ pater vnũ sumus: in q° docet veritas vnitatẽ esse nature: non solitudinẽ vnionis. Ecce si hec verba diligenter attendas inuenis spiritum sanctum rem nature dici patris ⁊ filii: ⁊ eundẽ dici esse naturam dei. vbi dicitur per naturam dei natura ipsa habitat in nobis si per spiritum sanctum xp̃us est in nobis. Itaqꝫ in trinitate non ita distinguendũ est inter naturã ⁊ rem nature sicut in rebus creatis. Quia vt ait Hylarius. Compatio terrenorum ad deum nulla est. Et siqua cõparationu3 exempla interdu3 afferuntur nemo ea estimet absolute in se rationis perfectionem continere. Non enĩ humano sensu de deo loquendum est.

Q' propter res creatas illud dixerit non idẽ est natura ⁊c̈.

D naturã ergo rerum creatarum respiciẽs inquit non idẽ est natura quod nature res: subiiciens exempla de ipsis creaturis. Inde ostendens erroris esse sub mensura creaturarũ metiri creatorẽ: addit ⁊ ꝺm hoc non ide3 est deus ⁊ quod dei est. Acsi diceret. Si ad instar creaturarũ de creatore sentis cogeris fateri: qꝛ non idem est deus ⁊ quod dei est. quod dicere impium est: cum spiritus dei de' sit: ⁊ dei filius sit deus. Non ergo ꝺm corporales modos vt in eadem serie subdit accipienda sunt hec que de deo dicuntur. vbi euacuans opinionem eorum qui ita putant aliud esse deum ⁊ aliud quod dei est. aliudqꝫ naturam dei ⁊ aliud rẽ nature: vt ẽ in creaturis: aperte docet non aliud esse deum ⁊ que sua sunt: ita vt insint illi sic dicens.

Nō āt aliquid ei simile cū alicubi erit alibi non erit. quia idē quod est illic continetur ubi fuerit in forma: ut non ubiq3 sit qui insistens alicubi sit. Deus autem immēse virtutis: viuens potestas: que nusquā nō assit: nec desit vsq3 se omnē per sua edocet. ⁊ sua nō aliud q̄ se esse significat: vt vbi sua insint ipse esse per sua intelligatur. non autez corporali mō cū alicubi sit: nō etiā vbiq3 eē credatur: cū p sua in oibus esse non desinat. non aliud autē sunt q̄ quod ē ipse que sua sunt. ⁊ hec ꝓpter nature intelligentiā dicta sunt. His verbis aperte significat: si tamē intelligis heretice: qr diuina natura nō aliud est ab his que sua sunt: ita vt insint. ⁊ p illa in oibus est suis que nō sunt. Sua eni sunt etiaz que nō insunt id est oēs creature. ⁊ sua sunt que insunt. vt tres psone que sunt eiusdez nature: ⁊ eadē natura. sicut supra augustini testimonio firmauimus dicētis tres psonas esse eiusdez essentie vel eandē essentiā: sed nō ex essentia: ne aliud intelligat̄ essentia: aliud psona. Nec tamē diffitemur distinctionē aliq̄ habendā fore ſm intelligētie rationem cū dicit̄ ypostasis: ⁊ cū dr̄ essentia. quia ibi significat̄ quod ē coē tribus: hic vero nō. est tn̄ ypostasis essentia ⁊ ecōuerso. Fateamur ergo vnū atq3 idem esse tres psonas ſm essentiā: differētes autē ꝓprietatibus. Unde Aug. super locuz psalmi p̄taxatū ait. Queris quid sit pater: respōdet̄ deus. queris quid sit filius respōdetur deus. queris quid sit pater ⁊ filius: respondet̄ deus. de singulis interrogatus responde deū. de vtroq3 interrogatus nō deos: sed deū responde non sic in hominibus ē. Tanta eni ibi est substantie vnitas vt equalitatē admittat: pluralitatē nō admittat. Si ergo tibi dictū fuerit cū dicis filiū esse quod pr̄ est: profcō fili⁹ pr̄ ē. Rn̄de ſm substātiā tibi dixi hoc esse filiū quod pater ē nō ſm id q̄ ad aliud dicitur. Ad se eni dicitur deus. ad patrem filius dicitur. Rursumq3 pater ad se dicitur deus: ad filium dicitur pater. q̄ pater ad filiuz dicitur non est filius. quod dicit̄ filius ad patrez non est pater. quod dicitur pater ad se: ⁊ filius ad se: hoc est pater ⁊ filius ⁊ deus.

Utrū ita possit dici vnus deus triū personarum: vel tres persone vnius dei: vt dicitur vna essentia trium psonarum: ⁊ tres persone vnius essentie.

Ic considerandum est cuz deus sit diuina essentia: ⁊ ita dicatur vn⁹ deus tres persone: sicut vna essentia dicitur tres persone. vtrū ita valeat sane dici vnus deus triū personarū: vel tres persone vnius dei: sicut dicitur vna essentia trium personarum: ⁊ tres persone vnius essentie. In his locutōibus scripture vsus nob emulādus videtur vbi frequēter reperitur ita dictum. vna est essentia trium personarum: ⁊ tres sunt persone vnius essentie. Nusquā autem occurrit legisse vnū deū triū personarum: vel tres personas vnius dei. quod ideo puto sanctos doctores vitasse: ne ita forte acciperetur in diuinis personis vt accipit̄ cū de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim deus abraham ysaac ⁊ iacob: ⁊ de⁹ omnis creature. quod itaq3 dicitur propter principiū creationis vl' gratie ꝑuilegiū: ⁊ creature subiectōez vel seruitutē. Cū g° in trinitate nihil sit creatū vel seruiēs uel subm: n̄ admisit

fides in trinitate talē locutōis modum
Ita etiā ecōuerso nō dicit̄ de dei eēntia
ꝙ ipa sit essentia abrahā ysaac ⁊ iacob
vł alteriꝰ creature:ne creatoris ⁊ crea
ture naturā confundere videamur.

Q; licet potētia:sapia:bonitas ₰m
subaz de deo dicāt̄:ī scriptura tñ so
lent hec noīa distincte ad personas
interduz referri.

Ex predictis constat ꝙ sicut es
sentia:ita potentia:sapia:bo
nitas de deo dicūt̄ ₰m subaz
Que vero ₰m subam de deo dicunt̄ tri
bus psonis piter cōueniūt.Una ē ergo
potētia:sapia:bonitas patris ⁊ filii ⁊
spūs sci.⁊ hi tres eadē potentia:eadez
sapia:eadē bonitas.Uñ apitur in tri
nitate sūma esse pfectio.Si enī ibi de
esset potētia vel sapia vel bonitas non
essz sūmū bonū.sed qꝛ ibi ē pfecta potē
tia:infinita sapia:incōprehensibilis bōi
tas:rcē dr̄ ⁊ creditur sūmū bonū.Cūqꝫ
vnū ⁊ idē sit penitꝰ ī deo potētia:sapia
bōitas:in sacra tamē scriptura frequē
ter solēt hec noīa distincte ad personas
referri.vt patri potētia:filio sapia:spi
ritui sancto bonitas attribuat̄.quod
quare fiat non ē ociosū inquirere.

Quare id fiat.s.ꝙ pr̄i potētia:filio
sapia tribuatur.

Dergo sacri eloquii pruden
tia facere curauit:ne dei imen
sitatem similitudine creature
metiremur.dixerat enim scriptura scā
ꝙ deus pr̄ ē:⁊ ꝙ deus filius est.Et au
diuit hec hō q hoiez patrē viderat:de
um patrē nō viderat:⁊ cogitare cepit
ita esse in creatore vt viderat in creatu
ris a quibus hec noīa trāslata sunt ad
creatorē.in quibus pater est prior filio
filius ē posterior patre.⁊ ex antiqtate
in patre defectus:ex posteritate in filio
impfectio sensus solet notari.Ideo oc
currit scriptura dicēs patrē potentem
ne videatur prior filio:⁊ ideo minꝰ po
tens.⁊ filiū sapientē ne videatur poste
rior patre:⁊ ideo minus sapiens.

Quare spiritui sancto bonitas tri
buatur.

Ictus est etiā spiritus sanctꝰ
deus:⁊ dictus ē habere spiri
tum deus.⁊ videbatur hoc
quasi nomē inflationis ⁊ tumoris.Un
de humana consciētia ad deum pro ri
gore ⁊ crudelitate accedere metuit.Iō
scriptura tempauit sermonē suū spiri
tum bonū nominās:ne crudelis puta
retur qui mitis erat.non ꝙ pater solus
sit potens:vel magis potens:⁊ filius
solus sit sapiens vel magis sapiens:⁊
spiritus sanctus solus bonus vel magis
bonus:vna est ergo potentia sapiētia
benignitas trium sicut vna essentia.
Ideoqꝫ sicut dicitur filius homousion
id est ꝯsubstātialis patri:ita ⁊ coomni
potens.

De hoc noīe homousion vbi in au
ctoritate firmatū ē:⁊ qd significet.

Ic non est pretermittendum
quod Aug.in libro.2° de tri.
contra maximinū dicit.de hᵒ
nomine homousion quo latini tracta
tores frequēter vtuntur.Pater inquit
⁊ filius vnius sunt eiusdēqꝫ substantie:
hoc est illud homousion:quod in conci
lio niceno aduersꝰ hereticos arrianos
a catholicis patribus veritatis aucto
ritate firmatum est.quod postea in cō
cilio ariminensi propter nouitatez ver
bi minus ꝙ̄ potuit intellectā:quam ta
men fides antiqua pepererat:multis
paucorum fraude deceptis heretica
impietas sub heretico imperatore
Constantino labefactare temptauit.

Sz post nō longū tēpus libertate fidei catholice p̄ualēte: postq̄ vis verbi sicut debuit intellecta ē homousion: illud catholice fidei sanitate longe lateq̄ defensum ē ꝛ diffusuz. Quid eni ē homousion nisi vnius eiusdēq̄ sub̄e? quid est inq̄ homusion: nisi ego ꝛ pater vnū sumus? Non ergo inter prophanas vocuz nouitates hoc vitandū est.

De nominibus que translatiue ꝛ per similitudinē de deo dicuntur.

Preterea sciendū ē q̄ i assignatōe distinctōis nominuz: inter alia que sup̄ diligenter executi sum⁹: q̄dā dixim⁹ trāslatiue ac p silitudinez de deo dici. vt speculū: splendor: characte: figura ꝛ hmōi. de q̄bus pio lectori breuiter trado quod sentio: vt. s. rōe similitudinis considerata: ex causis dicēdi dictoꝝ intelligentiā assumat: sed catholicā.

Nihil dignuz de excellentia ineffabil' trinitatis se tradidisse dicit ad aliā transiturus.

E sacramento vnitatis atq̄ trinitatis sūme ꝛ ineffabil' mlta iā dixim⁹: nihil tamē de ei⁹ ieffabilitate dignū tradidisse p̄fitemur sed potius ex nobis mirificatā eius sciētiā: nec potuisse nos ad illā cōfitemur.

De quibusdā que fm subam de deo dicuntur que specialē efflagitant tractatum. s. de scientia ꝛ p̄scia ꝛ p̄uidētia ꝛ dispositōe: p̄destinatōne: voluntate ꝛ potentia.

Vnq̄ sup̄ disseruimus ac plura dixerim⁹ de his que coiter fm subaz de deo dicūtur: eoꝝ tamē quedā specialē efflagitāt tractatū de quibus āmodo tractandū ē. s. de scia p̄sciētia: p̄uidētia: dispositōe: p̄destinatōe: volūtate ꝛ potentia. Sciendū ē igitur q̄ sapia vel sciētia dei cum sit vna ꝛ simplex: tamē p̄pter varios status reꝝ ꝛ diuersos effcūs plura ac diuersa sortit̄ noia. Dicit̄ eni nō tm̄ scia: sed ꝛ p̄sciētia vel preuidētia: dispositio: p̄destinatio: ꝛ p̄uidētia. Et ē p̄scia siue p̄uidētia de futuris tm̄: sed de oibus: bonis. s. ꝛ malis dispositio vero de faciendis. p̄destinatio de hoibus saluādis: ꝛ de bōis q̄bus ꝛ hic liberāt ꝛ i futuro coronabūt̄. Predestinauit eni deus ab eterno homies ad bona eligēdo: ꝛ p̄destinauit eis bona p̄parando. Q: hoies p̄destinauit ap̄lus ostendit dicens. Predestinauit quos p̄sciuit fieri cōformes imaginis filii sui. Et alibi. Elegit nos ante mūdi cōstitutionez vt essemus sancti ꝛ imaculati. Q: autē eis bona p̄parauit p̄pheta ysaias ostendit dicēs. Oculus nō vidit que p̄parasti diligētibus ꝛ expectātibus te. ergo ab eterno p̄destinauit quosdaz futuros bonos ꝛ beatos. i. elegit vt essent boni. Et alibi. Et bona eis p̄destinauit. i. p̄parauit Prouidētia ē gubernandoꝝ que vtiq̄ eodē mō videt̄ accipi quo dispositō. In terdū tamē p̄uidētia accipit̄ pro p̄scia Sapia vero vel scia de oibus ē. s. bonis ꝛ malis: ꝛ de p̄ntibus p̄teritis ꝛ futuris: ꝛ nō tm̄ de tpalibus: sed etiā de eternis Non eni ita scit de⁹ ista tpalia vt seipm nesciat: sed ipse solus seipsū perfecte nouit. cuius scientie compatōe omnis creature scia imperfecta est.

Utrū scia vel p̄scientia vel dispositio vel p̄destinatio potuerit esse in deo si nulla fuissent futura.

Ic considerari oportet vtruz scia vel p̄scia vel dispositō vel p̄destinatio potuerit esse i deo si nulla essent futura. Cū eni p̄sciētia sit futuroꝝ: ꝛ dispositio faciendoꝝ: ꝛ p̄destinatio saluādoꝝ: si nulla essent futura.

si nihil esset factur⁹ deus:vel aliquos sal uatur⁹:nō videt̄ potuisse in d̄o eē̄ presci entia vel dispō̄ vel predestinatio. Potu it aūt deus nulla prescire futura. Potuit nō creare aliqd:vel nō saluare aliquos Potuit ergo nō esse in deo p̄scia vel di spositio vel p̄destinatio. Ad hoc aūt ita a quibusdam opponit̄. Si inquiūt po tuit prescia dei nō eē̄ in deo ab eterno ⁊ potuit nō eē̄. Si vero potuit nō eē̄:cum prescia dei sit eius scia:⁊ scia sit eius eē̄n tia:potuit ergo nō eē̄ ab eterno id quod est diuina eē̄ntia. ita ⁊ de dispō̄ne ⁊ p̄de stinatione que est diuina eē̄ntia:obiiciūt Addūt quoq₃ ⁊ alia ita dicē̄tes. Si po tuit deus nō prescire aliqua:cū idem sit deo p̄scire qd̄ scire:⁊ scire qd̄ eē̄:potuit ergo nō eē̄. Item cū idē̄ sit deo presciuȝ eē̄ ⁊ deum eē̄:si potuit nō eē̄ prescius:po tuit nō eē̄ deus. Potuit autē̄ nō eē̄ p̄sci⁹ si potuit nulla prescire. at potuit nulla p̄ scire:quia potuit nulla facere.

Responsio q̄ prescia ⁊ dispō̄ ⁊ prede stinatio q̄si relatiue dicunt̄ ad futu ras res vl̄ faciendas.

D hoc iuxta modulum nostre intelligē̄tie ita dicim⁹. prescia ⁊ dispō̄ vel p̄destinatio ad ali quid dici vident̄. Sicut enī creator ad creaturā̄ dr̄ relatiue:ita prescia vel p̄sci⁹ ad futura referri videt̄. ⁊ dispō̄ ad faciē̄ da:ac p̄destinatio ad saluanda. Uerūtn̄ creator ita relatiue dr̄ vt eē̄ntiam non significet. Prescia vero vel p̄scius:⁊ in re spectu futurorꝫ dicit̄:⁊ eē̄ntiam d̄signat Ita ⁊ dispō̄ ⁊ p̄destinatio. Iō̄q₃ cum dr̄ si nulla eē̄nt futura:nō esset in deo presci entia:vel nō eē̄t de⁹ prescius. quia varia est ibi causa dicē̄di distingui oꝫ rationē̄ dicti. Cū ergo dicis:si nulla eē̄nt futura nō eē̄t in deo p̄scientia:vel nō eē̄t presci⁹ Si in dicē̄do hāc cām attendis. s. quia nulla eē̄nt subiecta eius prescie:vnde ipa posset dici prescia vl̄ ipē p̄sci⁹: qd̄ vtrūq₃ dicit̄ ꝓpter futura verus est intellectus Sin aūt ex ea rō̄ne id dicis q̄ nō sit i eo scia qua prescit futura:vel q̄ ipē non sit deus qui est futurorꝫ p̄scius:falsa est itel ligentia. Simil̄r ⁊ ille locutiones deter minande sunt. Potuit nō eē̄ prescia d̄i vl̄ potuit nō eē̄ prescius:⁊ potuit deus non p̄scire aliqua. i. potuit eē̄ q̄ nulla futura subiecta eē̄nt eius scie:⁊ ita nō possꝫ di ci p̄scius vl̄ p̄scire. vel eius scia presciē̄tia non eo tamē̄ ipē minus esset vel eius sci entia:sed non posset dici prescius vel prescire vel prescientia:si eius scientie fu tura nulla forent subiecta. similiter de dispō̄ne ⁊ p̄destinatione vel ꝓuidentia hec. n. vt dcm̄ ē̄ ad tpalia referunt̄:⁊ de tpalibus tantum sunt.

Q̄ scia dei nō tantum est de tpalibus sed etiam de eternis.

Ciē̄tia vero vel sapientia non tm̄ de tpalibus:sed etiā̄ de eter nis est. Iō̄q₃ etsi nulla fuissent futura:eē̄t tn̄ in d̄o scia eadē̄ que modo est:nec minor eē̄t q̄ modo: nec maior est q̄ esset. Sciuit ergo deus ab eterno eter num ⁊ omne qd̄ futurꝫ erat:⁊ sciuit im mutabiliter. scit quoq₃ nō min⁹ preterita vel futura q̄ p̄ntia. ⁊ sua eterna sapiē̄tia ⁊ īmutabili scit ipē oīa q̄ sciunt̄. Oīs. n. rō̄ superne ⁊ terrene sapiē̄tie:vt ait Am brosius:in eo est:quia oē̄m sapientiam ⁊ scientiā̄ capit sua īmensa sapia vl̄ scia.

Quare oīa dicunt̄ eē̄ in deo:⁊ quod factum est vitā̄ eē̄ in eo.

Ropterea oīa dicunt̄ esse i d̄o ⁊ fuisse ab eterno. vnde Aug⁹ sup genesiꝫ. Hec visibilia īquit anq̄ fierē̄t n̄ erā̄t:quō̄ g° deo nota erant que nō erant? Et rursus quō̄ ea faceret que sibi nota nō erant? Non enī quicq̄

fecit ignorāś. Nota ergo fecit: non facta
cognouit. Proinde anq̄ꝫ fierent erant ⁊
nō erant. Erant in dei scia: nō erant i sua
nā. Ipi autē ꝺo ñ audeo dicere alio mō
innotuisse cū ea fecisset q̄ꝫ illa quo ea no
uerat vt faceret. apud quē non est trans
mutatio: nec vicissitudinis obumbratio
Ecce hic habes q꞉ hec visibilia anq̄ꝫ fie
rent in ꝺi scia erāt. Ex hoc igit̄ sensu oia
dicunt̄ eē in deo: ⁊ oē quod fcm̄ est dici
tur eē vita in ip̄o: non iō ꝙ creatura sit
creator: vel ꝙ ista tpalia eētialr̄ sint ī
deo: sed q꞉ in eius scia sp̄ sunt que vita ē

Q꞉ eadē rōne oia dicunt̄ ei pn̄tia.

Nde ē etiā ꝙ oia dicunt̄ ei p̄
sentia: nō solū ea que sunt: sed
etiaꝫ ea que p̄terierūt: ⁊ ea q̄
futura sunt. ſm illud. Qui vocat ea que
non sunt tanq̄ꝫ ea q̄ sūt. quia vt ait Am
brosius in li. de tri. Ita cognoscit ea que
ñ sūt vt ea q̄ sūt. ⁊ hac rōe oia dicūt̄ eē
ī eo: vel apud eū: siue ei pn̄tia. Uñ Aug
sup illū locū psal. Et pulchritudo agri
mecū ē. iō igt mecū ē q꞉ apud deū nihil
p̄terit: nihil futuꝝ ē. Cū illo sūt oia futu
ra: ⁊ ei nō detrahūtur iam p̄terita. cum
illo sunt oia ꝯgnitione quadā ineffabili
sapie dei. Ecce hic apit Augꝰ ex qua in
telligentia accipiēda sint huiusmōi v̄ba
Oia sunt deo pn̄tia: i deo sunt oia: vel cū
deo: vel apud deū: vel in eo vita. quia in
effabilis oium cognitio in eo est.

Utꝝ ꝯcedendū sit oia eē in dei essen
tia vel in deo p eēntiam vt oia dicūt̄
eē in cognitione dei vel pn̄tia.

Olet hic q̄ri cū oia dicant̄ eē ī
dei cognitione seu pn̄tia: vl̄ in
deo p cognitōeꝫ. ⁊ eius cogni
tio vel pn̄tia sit diuina essentia: vtꝝ con
cedendū sit oia eē in diuina eēntia: vel in
ꝺo per essentiā. Ad quod dicimus quia
dei cognitio eius vtiq꞉ essentia est. ⁊ eiꝰ
pn̄tia in qua sūt oia ipsius cognitio est
Nec tñ oia que sunt in eius pn̄tia vl̄ co
gnitione in eius eēntia eē dici debēt. Si
eni dicerent̄: intelligerent̄ eē eiusdē cuꝫ
eo eēntie. In deo eni dr̄ eē per essentiam
qꝺ est diuina eēntia: quod est deus. hēt
ergo deus apud se in pn̄tia sua que non
hꝫ in sui nā. Unde Augꝰ de v̄bis apl̄i ita
ait. Elegit nos ante mundi ꝯstitutioneꝫ
Quis sufficit hoc explicare? Eligūtur q
nō sūt: nec errat qui eligit: nec vane eli-
git. Eligit tñ ⁊ hꝫ electos quos creatu
rꝰ ē: eligendos quos hꝫ apud semetip̄m
nō in nā suā: sed i pn̄tia sua. nōdū erāt q
bus ꝓmittebatur: sꝫ ⁊ ipsi ꝓmissi sunt q
bus ꝓmittebatur. Ecce hic apte dic̄ deū
apud semetip̄m habere electos añ mun
dū: nō in nā sua: sed in pn̄tia: cū tamē eiꝰ
pn̄tia nō sit aliud q̄ꝫ eius natura. q꞉ ipiꝰ
pn̄tia est eius noticia. Pōt tamē ad ele
ctos referri cū ait ī nā sua. i. illoꝝ. illos
quippe habuit ab eterno apud se: nō in
nā sui. i. illoꝝ: q꞉ nōdū erant: sed in sua
pn̄tia: quia eos ita nouit acsi essent.

Utꝝ mala debeāt dici esse in deo vt
sunt oia bona: cū vtraq꞉ sint in eius
cognitiōe ⁊ pn̄tia. oia eni cognoscit.

Ost predicta querit̄ cū omnia
dicātur eē in deo: nō per essen
tiā nature: sꝫ p cōiunctionem
vel cognitionē scie: ⁊ deus sciat bona et
mala: vtrū ꝯcedendū sit simplr̄ mala eē
in deo per cognitionē. Scit eniꝫ deus ⁊
sciuit semp oia tam bona q̄ꝫ mala: etiaꝫ
anq̄ꝫ fierent. ⁊ presciuit ab eterno ea fu
tura. Ideoq꞉ cū oia bona dixerimus eē
in deo ꝓpter pn̄tiam cognitiōis: eadem
rōne vr̄ dicendū oia mala eē in eo: cum
ea semp nouerit: ⁊ per cognitionē ei pre
sentia fuerint. Precognouit eniꝫ deus ab
eterno quosdā futuros malos: ⁊ eorum
maliciā: vt ait Augꝰ. p̄sciuit: sꝫ ñ p̄parauit

Cū ergo peccata oium sciat: nunqd itel ligendū est ea icludi in illa generalitate locutionis q̄ dicit apls oia eē in deo? ex ipo inquit ⁊ per ipm ⁊ in ipso sunt oia. Sȝ quis nisi insanus dixerit mala eē in deo. Illa eni in deo esse intelligunt q̄ ex ipso ⁊ per ipm sunt. ea vo per ipsū sūt ⁊ ex ipso sūt quoꝝ auctor ē. sȝ nō est auctor nisi bonoꝝ. nō ergo ex ipso vel per ipsum sunt nisi bona. Ita ergo nec in ipo sunt nisi bona. Nō ergo mala i deo sūt. quia licet ea noscat: non tñ illa oino noscit vt bona mala q̄si de longe cognoscit: vt ait ꝓpha: ⁊ alia a lōge ꝯgnosc. i. supbiā. ⁊ alibi ad deū loquēs d mal' ait De absconditis tuis adimplet⁹ ē venter eoꝝ. quod exponēs Aug⁹. Abscondita i gt petā sūt q̄ a luie tue vitatꝭ abscondūt Sed quomō peccata a lumine veritatis dine absconduntur: cū a deo sciantur? Si eni nō sciret: quō de illis iudicaret: ⁊ ꝑ illis malos dānaret. alibi ꝓpha dic. qa neqȝ ab oriente neqȝ ab occidente deest: Quod exponēs Cassiodorus ingt. Neqȝ a bonis neqȝ a malis deest deus: sȝ oibus pñs ⁊ cognitor est. Cognoscit ergo deus ⁊ bona ⁊ mala ꝑ sciaȝ. sed bona cognoscit etiā ꝑ approbationē ꝑ beneplacituȝ mala vo nō. vñ Cassiodorus sup psalm. dicit. Peccata abscondita sūt deo: qꝛ nō nouit. i. nō approbat. Et ex eo sensu Aug⁹ dixit ea abscondi a lumine dei. g etiā in libro ad heluidiū isinuat ꝯgnitionem dei variis modis accipiendā ingēs. Si ad sciam referas: ñ ignorat de⁹ aliquos vel aliqua: qui tamē in iudicio gbusdaȝ dicet. ñ noui uos: sȝ eoꝝ iꝑrobatio hoc vbo insinuata est. Ecce nō cognoscē dr̄ deus que non approbat: q̄ ei nō placent Apparet itaqȝ verȝ eē quod diximus. s. qꝛ quodā mō cognoscit deus bona quo nō cognoscit mala Pariter quidē vtqȝ eodēqȝ mō noscit q̄tum ad noticiā. sed bona etiā approbatione ⁊ bñplacito cognoscit.

Hic apit quare bona tm̄ dicūtur esse in deo: nō mala.

T inde est q̄ bona tantū dicūtur eē in deo: nō mala: ⁊ illa ꝑpe hec longe: qꝛ licet in deo aliqua dicātur eē ꝓpter cognitionis pñtiā ⁊ de⁹ bona ⁊ mala cognoscat: mala tñ ñ cognoscit nisi per notitiā. bona vero nō solum per sciam: sed etiā per approbationē ⁊ beneplacitū. ⁊ ob talē cognitionē aliqua dicūtur eē in deo. s. qꝛ ita ea scit vt etiā approbet ⁊ placeāt. i. ita scit vt eoꝝ sit auctor.

Qꝛ idē est oia eē ex deo ⁊ per ipsum ⁊ in ipso.

Roinde sꝭ diligenter inspiciam⁹: idē vr̄ eē: oia eē ex do: ⁊ ꝑ ipm: ⁊ in ipso. Unde Ambro⁹ in 2° li° de spū. s. Hec tria ex ipo ⁊ ꝑ ipȝ ⁊ in ipso sunt oia: vnū eē. ŝ. diximus. Cū dic ꝑ ipȝ eē oia: negault i ipo eē oia. eandē vim habēt oia hec: in ipso ⁊ cum ipo ⁊ per ipm. ⁊ vnū ex his atqȝ ꝯsimile: nō ꝯtrariū intelligit. Ecce habes q̄ ex eadē intelligentia scriptura dicit oia eē in ipo ⁊ per ipm ⁊ ex ipo ⁊ cum ipso. Cuȝ ergo ex ea rōne oia dicant eē ex deo vl per ipm: nō solū qꝛ scit: sed etiā quia auctor est eoꝝ: conseqt vt eadē rōne ea eē in deo dicātur: sȝ quia scit ⁊ eorum auctor eē dr̄. qꝛ i illo viuim⁹ ⁊ mouemur ⁊ sum⁹: qꝛ eo auctore sum⁹ ⁊ mouemur ⁊ uiuim⁹. cū g° ñ sit auctor nisi bonoꝝ: merito sola bona i eo eē dicūt: sicut ex ipso vel per ipm. Cum igitur in ei⁹ cognitione vel pñtia sint oia. s. bona ⁊ mala: i eo tamē non dicūtur eē nisi bona: quorum

56

auctoꝛ ē. Unde Aug⁹ i li° de natura bo ni. Cū audimus inquit ex deo ⁊ ꝑ ipm ⁊ in ipso eē oia: oēs vtiqꝫ nās itelligere debemus: ⁊ oia que naturalr̄ sunt. neqꝫ eni ex ipo sunt peccata q̄ nāz nō seruāt sꝫ viciāt q̄ ex volūtate peccantiū nascūt. Hic apte dicit ꝙ in illa generalitate lo cutionis bona tm̄ ɔtinentur.

Q' oia ex patre ⁊ ꝑ patrē sunt ⁊ in patre: ⁊ ita de filio ⁊ spiritu sancto est dicenduz: licet ꝓpter ꝑsonas fiat distinctio.

Reterea sciendū est ꝙ licet ibi indicetur distinctio ꝑsonaruz cū dr̄: ex ipso ⁊ ꝑ ipm ⁊ in ipso oia tamē ex patre ⁊ per patrē ⁊ in p̄re sunt. Silr̄ de filio ⁊ spiritu sancto accipi endū est. Unde Aug⁹ in li° de tri. Nō cō fuse inquit accipiendū est qđ ait apl's. ex ipo ⁊ per ipm ⁊ in ipso. ex ipso dicens ꝓpter patrē: per ipsū ꝓpter filiū: in ipo ꝓpter spiritū scm̄. vigilāter itaqꝫ atten de: ne qꝛ patrē volēs itelligi dixit ex ipo sic itelligas oia eē ex patre: vt neges oia eē ex filio vel ex spiritu sancto: cum ex patre ⁊ per patrem ⁊ in p̄re omnia eē sane dici possit. similr̄ de filio ⁊ spiritu scō sentiendum.

Q' nō omnia que ex deo sūt etiā de ipso sūt: sꝫ ecōuerso.

Nde etiā hic aduertenduz est ꝙ nō omnia q̄ dicūt ex deo eē etiā de ipso eē dici debent: qa vt ait Aug⁹ in li° de natura boni: nō hoc significat penitus ex ipso qđ de ipso. qđ eni de ipso est pōt dici ex ipso. sed nō oē quod ex ipso est pōt dici eē d ipso. quia nō est de sua suba. Ex ipso eni sunt celuz ⁊ terra: quia ipse fecit ea. nō aūt de ipso qꝛ nō de suba sua. sicut aliquis hō si ge nerat filium vel faciat domū: ex ipso ē filius. ex ipso est ⁊ dom⁹: sed fili⁹ de ipso dom⁹ vō de terra ⁊ ligno: nō de seipso.

Que dicta sunt sūmatim colligit.

N premissis aptum est ꝙ i dei cognitione siue p̄ntia sunt oia scꝫ bona ⁊ mala. sꝫ nō oi mō sunt ibi mala quo bona. ⁊ ꝙ in deo tā tū sunt bona sicut ex ipso: ⁊ per ipsum n̄ mala: ⁊ ex quo sensu hec accipiēda sint assignatū est. ⁊ ꝙ de ipso nō ꝓprie dicit eē quod aliud est ab ipso. Ex ipso autez dicunt eē omnia que eo auctore sūt.

Quibus modis dicatur de⁹ eē i reb⁹

T qm̄ demonstratū est ex ꝑte quō omnia dicātur eē in deo addendū h videt quib⁹ mōis deus dicat eē in rebus: si tamē id huma na mēs: vel ex ꝑte valeat cogitare: vl' lin gua sufficiat eloqui. Sciendū igitur ē ꝙ deus incōmutabiliter sp in se existens p̄ sentialr: potentialiter: eēntialiter est i oi natura siue eēntia sine sui diffinitiōe: ⁊ in omni loco sine circūscriptiōe: ⁊ in oi tꝑe sine mutabilitate. Et preterea in sā ctis spiritibus ⁊ animab⁹ est excellēti⁹ s. per gratiā inhabitans: ⁊ in christo ho mine excellētissime in quo plenitudo di uinitatis corpaliter habitat: vt ait apl's In eo enim deus habitauit: nō ꝑ gratiā adoptionis: sed per gratiā vnionis. Ne aūt ista qꝛ humane itelligentie capicita tē excedūt: falsitatis arguere aliqui pre sumāt: sanctoꝝ auctoritatib⁹ mihi mu nienda vident. Beatus Grego⁹ sup can tica canticoꝝ inqt. Licet deus cōi modo omnib⁹ rebus insit p̄ntia: potentia: sub stantia: tñ familiarioꝛi mō dr̄ inesse per gratiā ill' qui mirificenciā opuz dei acu tius ⁊ fidelius ɔsiderant. De hoc etiam Aug⁹ ad Dardanū in li° de p̄ntia di ait Cū deus sit nā incorpꝛa ⁊ icōmutabilr

vita: eterna stabilitate in seipo manēs
totus adest rebus oibus: ⁊ in singul' to
tus: sed i quibus habitat. habent euz ꝑ
sue capacitatis diuersitate alii amplius
alii minus: quos ipse sibi dilectissimum
templum gratie sue bonitatis edificat.
Hyla. quoqꝫ in libro. 8° de tri. aptissime
docet deum eē vbiqꝫ. Deus inqt imense
virtutis: viuens potestas: que nusq̄ non
adsit nec desit: vsq̄ se omnē ꝑ sua edocꝫ
vt vbi sua sint ipse eē intelligatur: nō āt
corpali modo cū alicubi sit: non ⁊ vbiqꝫ
eē credatur: cū ⁊ in oibus eē nō desinat
Ambro⁹ in li°. i. de spiritu scō. Spiritū
sanctū ꝓbat nō eē creaturā: q2 vbiqꝫ est
quod est ꝓprium diuinitatis: ita dicens
Cum ois creatura certis nature sue sit
circūscripta limitibus: quō quis audeat
creaturā appellare spiritū scm̄: qui non
hēt circūscriptā determinatāqꝫ vtutez
qui ⁊ in omibus ⁊ vbiqꝫ sp est. qđ vtiqꝫ
diuinitatis ⁊ dominationis est ꝓprium
Idem in eodē. Dn̄i est oia ꝯplere: q dic
Ego celum ⁊ terrā ꝯpleo. Si ergo dn̄s
est qui celuz ꝯplz ⁊ terrā: quis ergo pōt
spiritū scm̄ iudicare dominatiōis ⁊ diui
ne potestatis exortē: qui repleuit orbez
⁊ qđ plus est repleuit Ihm totius mū
di redemptorē. Ex his aliisqꝫ pluribus
auctoritatib⁹ apte demonstratur q̄ de⁹
vbiqꝫ ⁊ in oi creatura eēntialr: potentia
liter: p̄ntialiter ē.

Q' in scis nō mō est: sed etiaz inhabi
tat q̄ nō vbicūqꝫ est habitat.

N sanctis vo etiaz habitat in
quibus est per gratiā. Nō eni
vbicunqꝫ est inhabitat. vbicūz
vo habitat ibi ē. In sol' bōis habitat q
sunt templū ei⁹ ⁊ sedes eius. Unde per
Isayā dn̄s ait. Celum mihi sedes est: ter
ra aūt scabellū pedum meoꝝ. q2 in ele
ctis qui sunt celū habitat de⁹: ⁊ regnat
qui eius volūtati deuoti obtēꝑant. Ma
los vo qui sūt terra iudicii districtione
calcat. Unde etiā in li° sapie dr̄. Tronus
sapie aie iusti: quia in iustis spālius ē q̄ i
aliis rebus. in quibus tn̄ oibus totus est
queādmodū aia. vt ait Aug⁹ in ep'la ad
Hieronimū de origie anime. per omnes
ꝑticulas corpis tota adest simul: nec mi
nor in minoribus: nec in maiorib⁹ maior
est. sed tamē in aliis intensius: in aliis re
missius opatur: cū in singulis particulis
corpis eēntialiter tota sit. ita ⁊ deus cū
sit in oibus eēntialiter ⁊ totus: in illis tn̄
plenius eē dr̄ quos inhabitat. i. in quib⁹
ita est: vt faciat eos templū suū. ⁊ hi ta
les cum eo sūt iam ex parte: sz in beati
tudine ꝑfecte. Mali vo etsi ibi sint vbi
ipe est qui nusq̄ deest: nō sūt cum eo. vn̄
Aug⁹ super Ioh. Nō satis fuit dicē. vbi
ego sum ⁊ illi sunt: sed addidit mecū. q2
⁊ miseri possunt eē vbi ⁊ ille est: q nusq̄
deest. sed beati cū illo: q2 non sunt beati
nisi ex eo: cū illo sūt q2 fruunt eo: vidēt
illum sicut est. Mali nō cū illo: nō in lu
ce: nec sunt cū luce. nec boni ita nūc sunt
cū eo: vt videāt per spēm: etsi aliq° mō
sūt cum eo per fidē. Quō ergo deus ha
bitet in nobis ex illis aliquatenus intel
ligere valebis que sup̄ dicta sunt. cuz de
spiritus sci tpali ꝓcessione ageret. Ubi
licet ex parte exponitur. ex ꝑte eni ꝯgno
scimus: ⁊ ex ꝑte ꝓphetamus quō spūs
scūs habitet in nobis: qui sine patre ⁊ fi
lio inhabitat.

Ubi erat vel habitabat anteq̄ esset
creatura.

I aūt q̄ris vbi habitabat de⁹
anteq̄ sancti essent: dicim⁹ q2
in se habitabat. Un̄ Aug⁹ ꝯt
Maximinū. In templo igt suo habitat
deus. s. in scis qui sunt templū dei. modo
sm̄ fidē ambulantes: ⁊ templū dei erūt

aliqñ etiã ꝑm spẽm: qualiter etiam nunc
templum dei sunt angeli. Sed dicet ali
quis anteꝗ̃ de⁹ faceret celũ ⁊ terrã: an/
teꝗ̃ faceret sanctos: vbi habitabat? In
se habitabat deus: apud te habitat:
⁊ apud se est. Non ergo sic sũt sancti do
mus dei: vt ipsa subtracta cadat deus.
Immo sic habitat deus in scis: vt si ipe
discesserit: cadant. Sciendũ est etiaꝫ: qa
vt ait Augustinus in libro ad Darda/
num. Dici nisi stultissime nequit spiritũ
sanctum nõ habere locum in nostro cor
pore: ꝙ totum nostra anima impleue
rit. Stulti⁹ etiã dr̃ angustiis alicubi im
pediri trinitatem: vt pater ⁊ fili⁹ ⁊ spi
ritus sanct⁹ alicubi simul esse nõ possint
Veruꝫ illud multo est mirabilius ꝙ cũ
deus vbiqꝫ sit totus: nõ tamẽ in omnib⁹
habitat. Quis porro audeat opiari nisi
insepabilitatem trinitatis penitus igno
ret: ꝙ in aliquo possit habitare pat̃ aut
filius in quo nõ habitet spiritus sanctus
aut in aliquo spiritus sanctus in quo ñ
habitet pater ⁊ filius? Fatenduꝫ est igit̃
vbiqꝫ esse deum per diuinitatis presentiã
sed nõ vbiqꝫ per inhabitationis grãm
Propter hãc eñi habitationẽ gratie nõ
dicimus pater noster qui es vbiqꝫ: cuꝫ
⁊ hoc verum sit: sed qui es in celis. id est
in sanctis in quibus est quodam excellẽ
tiori modo.

Q deus habitator est quorundam
nõdum cognoscentium deum: ⁊ non
est habitator quorundam cognoscẽ
tium.

Illud quoqꝫ mirabile est: qa
vt ait Augustinus in eodem
Deus est inhabitator quorum
dam nõdum cognoscentium deum: ⁊
non quorundam cognoscentium deum
Illi enim ad templum dei nõ pertinent
qui cognoscentes deum: nõ sicut deum
glorificant. Ad templum dei pertinent
paruuli sanctificati sacramento christi
⁊ remunerati spiritu sancto: qui nõduꝫ
valent cognoscere deum. igitur quẽ po
tuerunt illi nosse nec habere: isti potue
rũt habere anteꝗ̃ nosse. Beatissimi au
tem sunt illi quibus hoc est deum habe
re quod nosse. Hic aliquatenus aperit
Augustinus quomodo deus habitet in
aliquo: id est habeatur: cuꝫ videlicꝫ ita
est in aliquo: vt ab eo cognoscatur ⁊
diligatur.

Quõ deus sit tot⁹ vbiqꝫ per essentiã
nõ potest intelligi ab humano sensu.

Ex predictis patꝫ ꝙ de⁹ vbiqꝫ
totus est per essentiã: ⁊ in san
ctis habitat per gratiã. Cũqꝫ
superius licet tenuiter ostensum sit: qua
ratione dicatur habitare in quibusdã
efflagitaret ordinis ratio id etiam assi/
gnari quomodo vbiqꝫ est per essentiaꝫ
⁊ totus sit: nisi huius considerationis
sublimitas atqꝫ imensitas humane mẽ
tis sensum omnino excederet. vt eñi ait
Crisostomus super epistolam ad hebre
os. Sicut multa de deo intelligimus q̃
loqui penitus nõ valemus: ita multa lo
qmur q̃ ĩtelligẽ nõ sum⁹ idonei. Verbi
grã. Q vbiqꝫ de⁹ ẽ scim⁹ ⁊ dicim⁹: quo
modo autem vbiqꝫ sit: intellectu nõ ca
pimus. Item ꝙ est incorporea quedam
virtus que omniuꝫ est causa bonorum
scimus. quomodo auteꝫ vel que ista sit
penitus ignoramus.

Quorundam opinio qui presumũt

ostendere quomodo deus vbiqꝫ sit per essentiam: potentiam: presentiaꝫ

Uidam tamē imensa ingenio suo metiri presumentes: hoc ita fore intelligendū tradiderunt ꝙ deus vbiqꝫ esse per essentiam dicitur. Nō ꝙ dei essentia proprie sit in omni loco ꝛ in omni creatura: sed quia omnis natura atqꝫ omē quod naturaliter est: in quocunqꝫ loco sit: per eum habet esse: ꝛ omnis locus in quo illud est. Idē etiam dicunt ideo deum vbiqꝫ dici esse per presentiaꝫ vel per potentiam: quia cuncta sunt ei presentia: ꝛ que in eis sūt nec in eis aliquid operari cessat. nam ꝛ ipsa loca ꝛ quicquid in eis est: nisi ipse cōfuet: manere n̄ possūt. In eis gͦ per substantiam deus esse dicitur: vt aiunt: qa per virtutem proprie substantie sue facit vt etiā loca sint: ꝛ omnia que in eis sūt Sed licet hec vera sint que afferunt in explanandis intelligentiis predictorum in illis tamen verbis quibus dicitur deꝰ vbiqꝫ esse per essentiam: plus contineri credendum est: quod homo viuens capere nō valet.

Qꝰ deus cum insit omnibus rebus non tamē sordibus inquinatur rerꝫ

Olet etiā ab eisdeꝫ queri quomodo deus substantialiter insit omnibus rebus: ꝛ corporalium sordium non contingatur inquinationibus. Qd tam friuolum est: vt nec responsione sit dignum: cum etiā spūs creatꝰ sordibus corporis etiam leprosi vel quantūcunqꝫ polluti inquinari non possit. Sol quoqꝫ radios suos sine sui pollutione effundit sup loca ꝛ corpora: n̄ solum munda: sed etiaꝫ immunda ac sordibus fetentia: quorum contactu homines ac quedam alie res inficiuntur. solis vero radii impolluti ꝛ incōtaminati ea contingentes existunt. Nō est igitur mirandum si essentia diuina omnino simplex ꝛ incōmutabilis omnia replet loca et omnibus creaturis essentialiter inest: nec tamen cuiusqꝫ rei sordibus contaminetur vel contingatur. Unde Augustinus in libro de nā boni. Cuꝫ i dō inquit sint omnia que condidit: non tamen coinquinant eum illi qui peccant. Augustinus de agone xpiano. Timent quidaꝫ qd fieri nō potest: scilicet ne humana carne veritas ꝛ substantia dei inquinetur: ꝛ tamē predicant istum visibilem solem radios suos per omnes feces ꝛ sordes spargere: ꝛ eos mundos ꝛ sinceros fuare. Si ergo visibilia mūda a uisibilibus imundis cotingi possunt ꝛ non inquinari: quanto magis inuisibilis ꝛ incommutabilis veritas? De cuius etiam sapientia que contingunt a fine vsqꝫ ad finem fortiter dicitur. attingit omnia propter suam mundiciam: ꝛ nihil inquinatuꝫ in eā incurrit. Postremo respondeant quid potius de deo respondendum estiment: vel ꝙ nusqꝫ per essentiam sit: vel ꝙ vbiqꝫ: vel alicubi: ita ꝙ non vbiqꝫ. Sed quis audeat dicere ꝙ nusqꝫ diuina essentia sit: vel ꝙ alicubi ꝛ nō vbiqꝫ? Si enim ita est alicubi ꝙ non vbiqꝫ: ergo localis est. Est ergo vbiqꝫ tota que continet totum ꝛ penetrat totum: que nec pro sui simplicitate diuidi nec pro sui puritate maculari: nec pro sui imensitate vllo modo comprehendi potest. Unde Augustinus. Deus vbiqꝫ est: cui non locis: sed actionibus propinquamus.

Qꝫ cum deus sit vbiqꝫ ⁊ in omni tēpore: nō tñ localis est: nec circumscriptibilis: nec loco nec tpe mouetur.

Unqꝫ diuina natura veracit̄ ⁊ essētialiter sit in omni loco ⁊ in omni tempore: nō tamē mouetur per loca vel tempora: nec localis est nec temporalis. Localis nō est quia penitus non circumscribitur loco quia nec ita est in vno loco ꝙ non sit in alio. neqꝫ dimensionem habet: sicut corpus: cui ſm loca assignatur principium medium: ⁊ finis: ⁊ ante ⁊ retro: dextra ⁊ sinistra: sursum ⁊ insum. qđ sui interpositione facit distantiam circumstantium. Duobus nanqꝫ his modis dicitur in scriptura aliquid locale siue circūscriptibile: ⁊ econuerso. Uel quia dimensionem capiens longitudinis: altitudinis: ⁊ latititudinis: distantiam facit ī loco. vt corpus. vł quia loco diffinitur ac terminatur. quoniā cum sit alicubi: nō vbiqꝫ inuenitur. qđ nō solum corpori: sed etiā omni creato spiritui congruit. Omne igitur corpus omni modo locale est. spiritus vero creatus quodāmodo localł est: ⁊ quodāmodo non est localis. Localis quidem dicitur: quia diffinitione loci terminatur. quoniam cum alicubi p̄sens sit totus: ⁊ alibi non inuenitur: nō autem ita localis est vt dimensionem capiens: distantiam in loco faciat. Diuina igitur sola essentia omnino inlocalis ⁊ incircūscriptibilis est: que nec locis mouetur aliquo modo: scilicet vel determinatione finita: vel dimensione suscepta nec temporibus: scilicet affectu ⁊ cognitione. his enim duobus modis: scilicꝫ loco vel tempore fit mutatio creature que lōge est a creatore. Unde Augusti⁹ super genesim. Deus inquit omnipotēs incōmutabili eternitate: voluntate: veritate semper idem: mouet per tempus creaturaꝫ spiritualē: mouet etiā per tēpus ⁊ locum creaturaꝫ corporalem: vt eo motu naturas quas condidit administret. Cum ergo tale aliquid agit: non debemus opinari eius substantiaꝫ que deus est: temporibus lociſqꝫ mutabileꝫ siue per tempora ⁊ loca esse mobilem Cum sit ipse ⁊ interior omni re: quia in ipso sunt omnia. ⁊ exterior omni re: qa ip̄e est super omnia. ⁊ antiquior omnibus: quia ipse est ante omnia. ⁊ nouior omnibus: quia ipse est post omnia: scilꝫ post omniuꝫ initia. Ecce hic aperte ostēditur: ꝙ nec locis nec temporibus mutatur vel mouetur deus. Spiritualł autēꝫ creatura per tempus mouetur. Corporalis vero etiam per tempus ⁊ locū

Quid sit mutari ſm tempus.

Utari aūt p tps ē variari ſꝫ q̄litates īteriores vel exteriores: que sunt in ipsa re q̄ mutatur. vt quando suscipit vicissitudineꝫ gaudii: ⁊ doloris: scientie: obliuionis. vł variationē forme siue alicuius qualitatł exterioris. Hec enim mutatio que fit ſꝫ tempus: variatō est qualitatum que fit in corporali vel spirituali creatura: ⁊ iō vocatur tempus.

Opinio quorundam quiͥ dicunt spiritus creatos non moueri loco: nec esse locales.

E mutatione vͦo loci magna inter conquirentes disceptatō versatur. Sunt eniꝫ q dicunt

nullum spirituz aliquo modo posse mutari loco: ab omni spiritu locuz vniuersaliter remouere volentes. quoniaz ꝭm dimensionem tantū ⁊ circūscriptionem locum constare asserunt. atq̄ id solum locale vel in loco esse dicunt: quod dimē sionem recipit ⁊ distantiam in loco facit. Et hoc dicunt Augustinum sensisse mutationem temporis tantum spirituali creature tribuentem. loci vero ⁊ tēporis corporee.

Hic respondetur eis.

Ed vt supra diximus: dupliciter res dicitur esse localis vel circūscriptibilis. scilicet vel qꝛ dimensionem recipit ⁊ distantiam facit vel quia loci termino diffinitur. quoꝝ vtrunq̄ cōuenit corporee creature: alterū vero tantum spirituali. Nam vt supra diximus: corporalis creatura ita est localis vel circūscriptibilis: ꝙ terminatur diffinitione loci: ⁊ dimensionem recipiens distantiam facit. Spiritualis vero tantum diffinitione loci concluditur cum ita sit alicubi ꝙ non alibi. sed nec dimensionem recipit: nec distantiam in loco facit. quia si multi spiritus essent ꝩ non coangustarent locū: quo minus de corporibus contineret. Ideoq̄ Augustinus attribuit mutationem loci corpori non spiritui. quia licet spiritus transeat de loco ad locum: non tamen ita vt dimensionibus circūscriptus: interpositione sui faciat distantiam circūstantium sicut corpus.

Conclusio ex p̄dictis ꝙ spiritus creati sunt locales ⁊ circumscriptibiles quodāmodo. spiritus vō di dicitur omnino īcircūscriptibilis.

Unt ergo spiritus creati in loco: ⁊ transeunt de loco ad locum: ⁊ quodāmodo locales ⁊ circūscriptibiles sunt: sed non omni eo modo quo creature corporee. Spiritus autem increatus qui deus est: in loco quidem est ⁊ in omni loco: sed omnino illocalis ⁊ incircūscriptibilis. Unde Beda super Lucam ait. Cum ad nos angeli veniunt: sic exterius implent ministeriū vt tamen ante deum interius per contēplationem assistant. quia etsi angelus est spiritus circūscriptus: summus tamen spiritus qui deus est: incircūscriptus est inter quē currit angelus quocunq̄ mittatur. Ecce hic dicitur quia spiritus angelicus circūscriptus est. Spiritus autem qui deus est incircūscriptus. Alibi etiam Ambrosius distantiam ostendēs inter spiritum increatum: ⁊ spirituz creatum: dicit seraphin de loco ad locum transire: ita inquiens in libro de trinitate. dixit Isaias quia missus est ad me vnus de seraphin. Et spiritus quidem sanctus missus dicitur. sed seraphin ad vnum: spiritus ad omnes. Seraphin mittitur in ministerio. spiritus operatur misterium. seraphin de loco ad locum transit. non enim complet omnia: sed ipse repletur a spiritu sancto. Hic aperte monstratur ꝙ angeli quodāmodo locales sunt.

Cum repetitione superiorum confirmat auctoritatibus deum esse vbiq̄ sine locali motu.

Ateamur itaq̄ diuinaz naturam pro imensitate sui nunq̄ deesse: eāq̄ solam oīo illocalē

⁊ incircũſcriptibilem nullo concludi lo co:ſed a fine vſqꝫ ad finem attingere.ñ tamen ſpacioſa magnitudine nec locali motu:ſed imenſitate atqꝫ immobilitate ſue eſſentie. Unde Auguſtinus ad Dar danum ait. Nõ quaſi ſpacioſa magnitu dine opinemur deum per cuncta diffun di:ſicut humus aut lux iſta diffunditur ſed potius ſicut in duobus ſapientibus quorum alter altero corpore grãdior ẽ ſed ſapientior non eſt: vna ſapientia eſt: nec eſt i maiore maior:nec eſt in minore minor.nec minor in vno q̃ in duobus. Ita deus ſine labore regens ⁊ continẽs mundum : in celo totus eſt: in terra to tus:⁊ i vtroqꝫ totus.⁊ nullo contentus loco:ſed in ſeipſo vbiqꝫ tot⁹.Idẽ quoqꝫ ſuper pſal.ait. Ad verbum dei pertinet nõ eſſe i parte:ſed vbiqꝫ eſſe per ſeipſũ Hec eſt enim ſapientia dei que attingit a fine vſqꝫ ad finem fortiter. non tamẽ motu locali:ſed imobilitate ſui. velut ſi moles aliqua ſaxea impleat aliquem lo cum:dicitur ꝙ attingit a fine illius loci vſqꝫ ad finem:cum tamẽ alteruꝫ nõ de ſerat:alterum occupando. Nõ ergo ha bet motum localem verbum illud.⁊ ſa pientia illa ſolida eſt ⁊ vbiqꝫ. Ex predi ctis innoteſcit q꜄ de⁹ ita ẽ vbiqꝫ per eſſẽ tiam ꝙ nec ſpacioſa magnitudine diffũ ditur.nec vno deſerto loco alium occu pat:quia localem motum non hꝫ.Idcoqꝫ Auguſtinus volẽs preſcindere a dei pu ritate omnem localem motum ⁊ localẽ circũſcriptionem:potius dicit oĩa eſſe in illo q̃ ipſum eẽ alicubi. nec tamẽ ipm eſſe locum qui non eſt in loco i libro.84. queſtionum ita inquiens. Deus non ali cubi ẽ.q꜄ qꝺ alicubi eſt continetur loco quod continetur loco corpus eſt. Deus autem non eſt corpus: nõ igitur alicubi eſt.Et tamen quia eſt:⁊ in loco non eſt in illo ſunt potius omnia q̃ ipſe alicubi nec tamen ita in illo vt ipſe ſit locus.Lo cus enim in ſpacio eſt:qꝺ longitudine ⁊ latitudine ⁊ altitudine corporis occupa tur.nec deus aliquid tale eſt . ⁊ omnia igitur in ipſo ſunt.⁊ locus non eſt:nec in loco eſt.Locus tamen dei:ſed improprie dicitur templum dei: non ꝙ eo contine atur. Id autem nihil melius q̃ anima munda intelligitur. Ecce hic dicit deuꝫ non eſſe in loco:ſed intelligendum eſt eũ non eſſe in loco localiter:ſcilicꝫ quia nec circumſcriptionem:nec localem motuꝫ habet.Ad hoc autem ſolet opponi ſic. Cottidie fiunt creature que ante ñ erãt ⁊ in eis deus eſt cum ante non eſſet i eis Eſt g° vbi añ non erat.Ideoqꝫ mutabi lis videtur.ſed licet cottidie incipiat eſſe in creaturis in quibus ante non erat: quia ille ante non erant:hoc tamen fit ſine ſui mutatione. qualiter in mũdo ce pit eſſe quem fecit:tamen ſine mutabili litate.⁊ deſinit eſſe in quibus ante erat ſine ſui mutatione. nec tamẽ ipſe deſerit locum:ſed locus deſinit eſſe.

Epilogus vbi exponitur quare in predictam venitur diſputationem.

Am ſufficienter demonſtratũ videtur quomodo omnia di cuntur eſſe in deo:⁊ deus i om nibus. quam diſceptationem quaſi in cidenter ſuſcipimus. quia id videbatur poſtulare res circa quam noſter verſa batur ſermo. Differebamus enim de ſcientia ſiue ſapientia dei. ⁊ cum dicere mus deum ſcire oĩa:queſitum eſt vtruꝫ ꝑpter cognitiõꝫ quam de omnibus ha bet:diceretur omnia eſſe in deo.an alia

ratione hoc diceret scriptura. hui⁹ questionis occasio in premissaz nos deduxit disputationem.

Hic redit ad propositum repetens superius dicta: vt addat alia.

Unc ergo ad ꝑpositū reuertentes cepto insistamus. Sup̄ dcm̄ ē ꝙ p̄scia di futuroꝝ tm̄ est: sed omniū tam maloꝝ q̄ꝫ bonorum Scia vero vel sapīa nō modo de p̄ eritis: sed etiam de presentibus ⁊ futuris nec tamen de tēporalibus: sed de eternis qꝛ seip̄m nouit deus. Hic oritur questio non dissimulanda: vtꝝ scʒ scientia vel p̄scientia sit cā rerum: an res sint cā scie vel p̄scientie dei. Uidetur enī prescia dei eē cā eoꝝ que ei subsunt: ac necessitatem euenīēdi eis facere. qꝛ nec aliqua futura fuissent: nisi deus ea p̄scisset. nec possunt non euenire cū deus ea p̄sciuerit. Si āt ipossibile est ea nō euenire: quia prescita sūt: videt̄ igit̄ ipsa prescientia qua sunt p̄scita eis eē cā euenīēdi. Impossibile est aūt ea nō euenire cuʒ prescita sint. qꝛ si non euenirent cū p̄scita sint: fallēt̄ur dei p̄scientia. at dei prescia falli nō pōt. Impossibile ē g° ea non euenire cū prescita sint. Sic igit̄ prescia cā videt̄ eē eoꝝ q̄ p̄scita sūt. Hoc idē ⁊ d̄ sciētia dr̄. s. ꝙ qꝛ deus aliq̄ nouit: iō sint. Cui snīe Aug⁹ attestari vr̄. in. 15° li° de tri. sic dicēs. Non ista ex aliquo tp̄e cognouit deus: sed futura oīa tp̄alia. atqꝫ in eis etiaʒ quid ⁊ qñ ab illo petituri fueramus: ⁊ quos et de q̄bus reb⁹: vel exauditurus vel nō exauditur⁹ eēt: sine initio ante p̄sciuit. vniuersas aūt creaturas ⁊ sp̄uales ⁊ corpales: non quia sunt ideo nouit: sed ideo sunt quia nouit. Non enim nesciuit que fuerat creatur⁹. qꝛ g° sciuit creauit: non qꝛ creauit sciuit. nec alit̄ sciuit creata q̄ꝫ creanda. Nō. n. ei⁹ sapīe aliq̄d accessit ex eis. sʒ illis existentib⁹ sicut oportebat: ⁊ qñ oportebat: illa mansit vt erat. Uñ in eccl'iastico. Añꝙ crearēt̄ oīa: nota sūt illi. sic ⁊ postꝙ ɔsūmata sūt. Ecce his verbis apte vr̄ Aug⁹ innuē sciam vel p̄sciētiā dei: cām eē eoꝝ q̄ fiūt: cū dicit ea iō eē: qꝛ de⁹ nouit. Idē quoqꝫ in 6° li. de tri. dicē vr̄. Cū inq̄t decedāt ⁊ succedāt tp̄a nō decedit vl' succedit aliq̄d scie dei: in q̄ nouit oīa q̄ fecit p̱ ip̄am. Nō enī q̄ creata sūt: iō sciūt̄ a d̄o: qꝛ fcā sūt. poti⁹ iō facta sūt: qꝛ imutabil'r ab eo sciunt̄. ⁊ hic etiā significare vr̄ dei sciam cām eē eoꝝ q̄ fiūt: dicēs n̄ iō deū ea nouisse: qꝛ facta sunt: sed iō facta: qꝛ nouit ea deus. Iōqꝫ vr̄ dei scia vel prescia cā eoꝝ eē q̄ nouit

Incōueniētia oñdit q̄ seq̄rēt̄ si dicēt̄ scia vl' p̄scia cā reꝝ oīuʒ q̄ ei subsūt

Uod si ita ē: ē igit̄ cā oīuʒ maloꝝ: cū oīa mala sciāt̄ ⁊ p̄sciātur a deo. q̄d lōge ē a v̄itate. Si. n. scia vel prescia cā eēt maloꝝ: eēt vtiqꝫ de⁹ auctor maloꝝ. q̄d penit⁹ falsū ē. Nō igitur scia vel p̄scia d̄i cā ē oīuʒ q̄ eis subsit̄.

Q' res fut̄e n̄ sunt cā scie vl' p̄scie d̄i.

Eqꝫ etiā res fut̄e cā sūt dei p̄scie. Licʒ. n. nō eēnt future nisi p̄scirent̄ a deo: nō tñ iō p̄sciūt̄ qꝛ fut̄e sūt. Si. n. hoc eēt: tūc ei⁹ q̄d eternū ē aliq̄d existēt cā ab eo alienū: ab eo diuersū. ⁊ ex creat̄is pēdēt p̄scia creatoris. ⁊ creatū cā eēt icreati. Orige. tñ sup ep̄laʒ ad roma. ait. Nō ꝑpterea aliq̄d erit: qꝛ id scit de⁹ futuꝝ: sʒ qꝛ futuꝝ ē iō scit̄ a d̄o añꝙ fiat. Hoc vr̄ p̄miss̄ v̄bis Aug̃. obuiare. Hic. n. significare vr̄: ꝙ res fut̄e cāe sint p̄scie. Ibi v̄o ꝙ p̄scie sit cā reꝝ futuraꝝ.

Quid ex predictis tenendum sit cuʒ

60

determinatione auctoritatum.

Anc igitur que videtur repu
gnantiam ꝺ medio tollere cu
pientes: dicimus res futuras
nullatenus causã esse prescientie dei vel
scientie. nec ideo presciri vel sciri quia
future vel facte sunt: ita exponentes qꝺ
ait Origenes. quia futurum est: ideo sci
tur a deo anteq̃ fiat. id est quod futuꝝ
est scitur a deo anteq̃ fieret. neqꝫ sciret̃
nisi futurum esset: vt non notetur ibi cã
nisi sine qua non fit. Ita etiam dicimus
scientiam vel prescientiam dei non esse
causam eorum que fiunt: nisi talem sine
qua non fiunt: si tamen scientiam ad no
titiam tantum referamus. Si vero no
mine scientie includitur etiaꝫ beneplaci
tum atqꝫ dispositio: tunc recte potest di
ci causa eorum que deus facit. His enĩ
duobus modis vt superius pretaxatuꝫ
est: accipitur cognitio vel scientia dei: sci
lꝫ pro notitia sola: vl' pro notitia siml' ⁊
beneplacito. hoc modo forte accepit
Augustinus dicens. Ideo sunt quia no
uit. i. quia scienti placuit: ⁊ quia sciẽs di
sposuit. Et hic sensus ex hoc adiuuatur
quia de bonis ibi tantuꝫ agit Augusti⁹
scilicet de his que facit deus. que omnia
nouit: nõ solũ sciã: sed etiaꝫ beneplacito
ac dispõne. sic ergo accipitur ibi dei co
gnitio: vt non modo notitiam: sed etiã
beneplacituꝫ si significet. Mala v̊o scit
deus ⁊ prescit anteq̃ fiãt: sed notitia so
la: nõ beneplacito. Prescit enim deus ⁊
predicit etiã q̃ non est ipse facturus. sic̃
presciuit ⁊ predixit infidelitatem iude
orum: sed non fecit. nec ideo quia presci
uit ad peccatum infidelitatis eos coe
git. nec presciisset vel predixisset eorũ ma
la: nisi essent ea habituri. Unde Augusti
nus super Johannem. Deus ĩquit futu
rorum prescius per prophetaꝫ predixit
infidelitatem iudeoꝝ: sed non fecit. neqꝫ
presciisset mala eorum nisi ea haberent
Non enim ideo queq̃ ad peccandũ co
git: quia futura hominum peccata pre
nouit. illorum enim peccata presciuit: ñ
sua. Ideoqꝫ si ea que ille presciuit ipsoꝝ
non sunt ipsorum: nõ vera ille presciuit
sed quia illius prescientia falli nõ potest
sine dubio non ali⁹: sꝫ ipsi peccant quos
deus peccaturos esse presciuit. ⁊ ideo si
non malum: sed bonum facere voluissẽt
nec malum facturi preuiderentur ab eo
qui nouit quid sit quisqꝫ facturus. His
verbis aperte ostenditur si diligenter
intendamus: prescientiam dei non esse
causam malorum que prescit. quia non
ea prescit tanq̃ facturus: nec tanq̃ sua
sed illorum qui sunt ea facturi vel habi
turi. presciuit ergo illa sola notitia: non
beneplacito auctoritatis. vnde datur
intelligi q̃ deus econuerso prescit bo
na tanq̃ sua: tanq̃ ea que facturus est:
vt in illa p̄sciẽdo simul fuerit ipsius no
titia ⁊ auctoritatis beneplacitum.

Contra hoc quod dictum est: presciẽ
tiã dei nõ posse falli.

D hoc autem quod supra di
ctum est: scilicet prescientiam
dei falli nõ posse: solet a qbus
dam sic opponi. Deus presciuit hunc le
ctuꝝ: vel aliqd huiusmodi. sꝫ põt eẽ vt
iste non legat. ergo potest esse aliter q̃
deus presciuit. ergo potest falli dei pre
scientia. quod omnino falsum est. Põt
equidem nõ fieri aliquid: ⁊ illud tamen
prescitum est fieri. nõ ideo tamẽ potest
falli dei prescientia. quia si illud nõ fierꝫ

nec a deo prescitum esset fieri. Sed ad huc vrgent questionem dicentes. aut aliter potest fieri ꝙ presciuit deus: aut non aliter. si nō aliter: ergo necessario cūcta eueniunt. Si v̊o aliter: potest ergo p̄sciencia dei falli vel mutari. sed potest alit̄ fieri: quia potest aliter fieri ꝙ fiat. Ita autem fit vt prescituꝫ est. aliter ergo potest fieri ꝙ prescitum est. Ad hoc dicimus illam locutionem multipliceꝫ facere intelligentiam: scilicet aliter potest fieri ꝙ deus presciuit: ⁊ huiusmodi. vt pōt nō esse qđ deus presciuit: ⁊ impossibile ē nō esse quod deus presciuit. ⁊ impossibile est nō esse prescita omnia que fiunt: et huiusmodi. Possunt enim hec coniūctiꝫ intelligi: vt conditio sit implicita: ⁊ disiunctim. Si enim ita intelligas nō pōt aliter fieri ꝙ deus presciuit. id est nō potest vtrunqꝫ simul esse: scilicet qđ deꝰ presciuerit ita fieri: ⁊ aliter fiat: veꝝ intelligis. Si autem per disiunctionem intelligas: vt dicas hoc aliter nō posse euenire ꝙ euenit: quo modo futurum deꝰ presciuit: falsum est. hoc enim aliter potest euenire ꝙ euenit: ⁊ tamē deus hoc mō futurum presciuit. Similiter ⁊ alia determinatio: scilicet impossibile est id nō euenire quod deus presciuit: vel cuꝫ deꝰ prescierit. si coniunctim ita intelligas: verum dicis. si disiunctim: falsum. Ita etiam ⁊ illud impossibile est non eē prescitum omne quod fit: id est non potest esse vtrunqꝫ simul: scilicet vt fiat ⁊ non sit prescituꝫ. hic sensus verus est. Si vero dicis deum non potuisse nō prescire omne quod fit: falsum est. Potuit enim facere vt non fieret: ⁊ ita non esse prescitum.

Utrum scientia dei possit augeri vel
minui vł aliquo mō mutari. vtrūqꝫ enim videtur posse probari.

Propterea solet queri: vtrum scientia dei possit augeri vel minui. vtrunqꝫ enim videtur posse probari. Q̄ diuina scientia possit augeri vel mutari: hoc modo probat̄ quia deus potest scire quod nunꝙ scit. Est enim aliquis qui nō est lecturus hodie: ⁊ tamen potest esse vt legat hodie potest enim hodie legere. Nihil autem potest fieri quod non possit a deo sciri. Potest ergo deus scire hunc lecturum hodie. potest igitur aliquid scire quod nō scit. ergo potest eius scientia augeri vel mutari: eadēqꝫ videtur posse minui Est enim hodie aliquis lecturus: quem deus scit lecturum: at potest esse vt non legat. ergo potest deus nō scire hunc lecturum. potest igitur non scire aliquid quod scit. ergo potest minui eius sciētia vel mutari. Ad qđ dicimꝰ ꝙ dei scīa oīo imutabilis est: nec augeri pōt vel minui Nam vt ait Augustinus in. 15° libro de trinitate. Scientia dei est ip̄a sapientia ⁊ sapientia est ip̄a essētia siue substātia dei. quia in illius nature simplicitate mirabili: nō est aliud sapere: ⁊ aliud esse. sed qđ est sapere hoc est ⁊ esse. Ideoqꝫ nouit omnia verbum que nouit pater sed ei nosse est de patre sicut esse. Nosse enī ⁊ esse ibi vnuꝫ est: ⁊ ideo patri sicut esse nō est a filio: ita nec nosse. Proinde tanꝙ seipsum dicens pater genuit verbum sibi equalem per omnia. Non eniꝫ seipsum integre perfecteqꝫ dixisset: si aliquid minus aut amplius esset in verbo ꝙ in seipso. hoc est ergo omnino verbū qđ pater: nec tamen pater est: quia iste filius: ille pater. Sciunt ergo inuicem

pater ⁊ filius. sed ille gignendo: iste nascendo. Et omnia que sunt in eorum scientia: in eorum sapientia: in eorum essētia: vnusquisq; eorum simul videt: non particulatim aut singulatim: velut alternante cōspectu hinc illuc: ⁊ inde huc ⁊ rursus inde vel inde in aliud atq; aliud vt aliqua videre nō possit: nisi n̄ vidēs alia: sed omnia simul videt quorum nullum est: quod nō semper videat ⁊ sciat Eius itaq; scientia inamissibilis ⁊ inuariabilis est. Nostra vero scientia ⁊ amissibilis est ⁊ receptibilis. quia nō hoc est nobis esse qđ scire. Propter hoc sic̄ nostra scientia dissimilis est illi scientie dei sic ⁊ nostrum verbum: quod de nostra nascitur scientia dissimile est illi verbo quod natum est de patre sciētia. ex hac auctoritate clare ostenditur scientiā dei inuariabilē esse omnino: sicut ipsa essentia dei omnino inuariabilis est. ⁊ q̄ pater ⁊ filius cum spiritu sancto simul omnia sciunt ⁊ vident. sicut ergo nō potest augeri vel minui diuina essentia: ita nec diuina scientia. ⁊ tamen conceditur posse scire quod nō scit: ⁊ posse nō scire qđ scit. quia possz aliquid esse subiectū eius scientie quod nō est. ⁊ posset nō esse subiectum aliquid quod est sine permutatione ipsius scientie.

Oppositō an deus possit nouiter ex tempore scire vel prescire aliquid.

Ic opponitur a quibusdā ita Si deus potest aliquid scire vel prescire quod nunq̄ sciuit neq; presciuit: potest ergo ex tēpore aliquid scire vel prescire. Ad quod dicim⁹ Potest deus scire vel prescire omne qđ potest facere. ⁊ potest facere qđ nunq̄ fiet. Potest igitur scire vel prescire qđ nūq̄ fiet: nec est: nec fuit. nec illud scit vl' sciuit neq; prescit vel presciuit. quia sciētia eius non est nisi de his que sunt vel fuerunt vel erunt. ⁊ presciētia nō est nisi de futuris. ⁊ licet possit scire vel prescire quod nūq̄ est nec erit: nō tamen potest aliquid scire vel prescire ex tempore. potest vtiq; scire vel prescire quod nunq̄ est: nec erit. nec illud scitum vel prescitū est ab eterno. nō tamen potest incipere scire vel prescire illud: sed ita potest mō scire vel prescire: sicut pōt scisse vel prescisse ab eterno. Si enim dicas euz mō scire vel prescire quod ab eterno nō sciuit vel presciuit: vel quod ab eterno nō sciuerit vel presciuerit: quasi vtrūq; simul esse possit: falsum est. Si vero dicas eum modo posse scire vel prescire quod ab eterno nō sciuit vel presciuit. i. habere potentiam sciendi vel presciēdi ab eterno: ⁊ modo aliquid: nec illud tamen prescitum est: vel futurum est: verū est. Non potest ergo nouiter vel ex tempore scire vel prescire aliquid: sicut nec potest nouiter vel ex tempore velle aliquid. ⁊ tamen potest velle quod nunq̄ voluit.

Vtrū deus possit plura scire q̄ scit.

Item a quibusdam dicit' deus posse plura scire q̄ sciat. quia potest scire omnia que scit: ⁊ potest aliqua facere que nunq̄ erunt: ⁊ illa potest scire. Non enim aliqua incognita facere potest: Si vero omnia essent que modo sunt: ⁊ alia quedaz faceret que nō sunt: nec erunt: ⁊ illa omnia sciret: pfecto plura sciret q̄ modo sciat nec tñ eius sciētia augeri pōt. quia hoc

totum fieri posset sine mutabilitate sciētie. Constat ergo dei scientiam omnino esse immutabilem: nec augeri posse vel minui: sed ei subiecta.

Qđ videatur aduersum illi sententie qua supra dictum est: deum semper ⁊ simul scire omnia.

Hic vero qđ dictum est: scilꝫ ꝙ deus omnia semper videt ⁊ simul: videtur obuiare quod ait Hiero. in expositiōe Abachuc. Absurdū ē īquit ad hoc deducere dei maiestatem: vt sciat per momēta singula: quot pulices nascantur: quotue moriantur quota pulicū ⁊ muscarum sit multitudo quotue pisces natent in aquis: ⁊ similia Non simus taꝫ fatui adulatores dei: vt dum ꝓuidentiam eiꝰ etiā ad ima retrudimus: in nosip̄os iīuriosi simus: eandē irrōnalium ⁊ rationalium prouidentiam esse dicentes. Hic videt̄ dicere Hiero. ꝙ illorum minimoꝝ scientiam siue ꝓuidentiaꝫ nō hēat. qđ si ita est: tūc nō omnia simł scit ⁊ semper. Ex tali itaqꝫ sensu illud dictum nouerimꝰ esse: vt deū illa alternatim vel particulatim scire neget. nec per diuersa tempora momēta sic illa cognouit: sicut per varia momēta illorum quedam deficiūt: quedā incipiunt. neqꝫ illis aliisqꝫ irratōnalibus ita ꝓuidet quemadmodū rationalibꝰ. Nūquid enim vt ait apostolus: cura ē deo de bobus. Et sicut nō est cura deo de bobus: ita nec de aliis irrōnalibus. dicit tamen scriptura: quia ipsi cura est de oībus. Prouidentiam ergo et curam vniuersaliter de cunctis que condidit habꝫ vt habeat vnumquodqꝫ quod sibi debetur ⁊ cōuenit. Sed specialem ꝓuidentiā atqꝫ curam habet de rationalibus: de qbus precepta tradidit: cuiqꝫ recte viuēdi legem prescripsit: ac premia ꝓmisit. hanc prouidentiam ⁊ curam de irrōnalibus nō habet. Ideo apostolus dicit. quia nō ē cura deo de bobꝰ. Prouidet tn̄ oībꝰ et curat: id est gubernat omnia: qui omnibus solem suum oriri facit: ⁊ pluuiā dat Scit itaqꝫ deꝰ quanta sit multitudo pulicum ⁊ muscarum: ac piscium: ⁊ quot nascantur: quotue moriantur. sed non scit hoc per momenta singula. imo simł ⁊ semper omnia. Neqꝫ ita scit vt eandē habeat ꝓuidentiam irrationaliuꝫ ⁊ rationalium: id est vt eodem penitus mō ꝓuideat irrationalibus ⁊ rationalibus Rationalibus enim ⁊ precepta dedit: ⁊ angelos ad custodiam delegauit.

Breuis summa predictoruꝫ cum additione quorundam.

Simul itaqꝫ ⁊ immutabiliter oīa scit deꝰ que fuerūt: sunt ⁊ erunt: tam bona q̄ mala. Prescit quoqꝫ omnia futura tam bona q̄ mala. Predestinatio vero de bonis salutaribus est: ⁊ de hominibus saluandis vt enī ait Augꝰ in liᵒ de predestinatione sanctorum. Predestinatio est gratie preparatio. que sine prescientia esse non potest. Potest autem sine predestinatione esse prescientia. predestinatione quippe deus ea prescinit que fuerat ipse facturus. sed prescinit deus etiam que non est ipse facturus: id est omnia mala. predestinauit eos quos elegit: reliquos vō reprobauit: id est ad mortem eternam presciuit peccatores.

An aliquis predestinatorum possit

dāpnari:vel reproboꝝ saluari.

Predestiatoꝝ null⁹ vr̄ posse dā pnari: nec reproboꝝ aliquis posse saluari.Unde Aug⁹ ī li° de correctione ⁊ gratia. in Apocalipsi ingt dicit̄. Tene quod habes ne aliquis accipiat coronā tuā. si alius nō est acce pturus nisi iste ꝑdiderit:cert⁹ ē electoꝝ numerus.i.nō pōt augeri vl' minui. Ad hoc aūt obiiciūt quidā nitentes ꝓbare numeꝝ electoꝝ posse minui ⁊ augeri:sic posset deus eis nō apponere gratiā qb⁹ apponit:⁊ possȝ subtrahere qb⁹ nō sub trahit.qđ si fieret vtiqꝫ dāpnarent̄. Pos sent ergo dāpnari isti qui tn̄ saluabunt̄ posset itaqꝫ minui electoꝝ numer⁹. Ita etiā posset augeri: q2 posset apponi gr̄a quibus nō apponitur:ꝑ quā saluarētur possent ergo saluari habita gr̄a: qui tn̄ sine ea dāpnabūt̄.posset itaqꝫ augeri nu merus electoꝝ.Quibus rn̄demus ex ra tione dictū eē:⁊ veꝝ eē numeꝝ electoꝝ nō posse augeri vel minui. quia nō pōt vtrūqꝫ simul eē.s.vt aliqs saluet̄ ⁊ non sit p̄destinatus:vl' vt aliquis p̄destinat⁹ sit ⁊ dāpnetur. Intelligentia eni ꝯditōis īplicite veritatē facit in dicto:⁊ īpossibi litatē in vero. Si v° simpl'r ītelligatur īpossibilitas nō admittitur.vt cū dicitur Predestinatus pōt vel nō pōt dāpnari ⁊ reprobus pōt saluari. In his eni ⁊ h⁹ modi locutionibus ex rōne dicti: diiudi canda est sn̄ia dictionis. Alia nāqꝫ fit in telligentia si ꝑ ꝯiunctionē hec accipiant̄ dicta atqꝫ alia:ſȝ per disiunctionē vt.s̄. cum de prescia agebatur p̄taxatum est Si.n.cū dicis p̄destinatus nō pōt dam pnari:intelligas ita.i.nō pōt eē vt p̄de stinatus sit ⁊ dāpnetur:veꝝ dicis:quia ꝯiunctim intelligis. falsū aūt si disiūctiȝ vt si intelligas istū nō posse dāpnari quē dico predestinatū. Potuit eni nō esse pre destinatus:⁊ ita dāpnaretur.

Quō adhuc instent q̄ōni.

Erūtamē adhuc instant:⁊ fm ꝯiunctionē argumētando ita ꝓcedūt. Nō ingunt pōt esse:vt aliquis p̄destinat⁹ sit ⁊ dāpnet̄. Utrūqꝫ istoꝝ simul eē nō pōt.sed alteꝝ istorum nō pōt nō eē.s.gn iste sit p̄destinatus.ab eterno eni p̄destinat⁹ ē:⁊ nō pōt mō nō esse predestinatus. Cum ergo īpossibile sit simul vtrūqꝫ eē:⁊ īpossibile sit alterū nō eē:videt̄ nō posse alteꝝ eē.s.vt dam pnetur.quod si est:ergo nō pōt eē vt nō saluetur. In h⁹ q̄ōnis solutione mallem alios audire q̄ꝫ docere.dicimus tn̄ silem de prescia posse moueri q̄ōnem. Ideoqꝫ tā hic q̄ꝫ ibi vnam facimus responsionē dicentes determinandū fore illud cui in nitit̄ tota hec q̄ō.s. īpossibile est alteruȝ nō esse.s.gn iste mō sit p̄destinatus. Ab eterno eni p̄destinatus est. Distinguēdū eni est:cum ait. Iste nō pōt mō non eē p̄ destinatus:vel non pōt mō eē gn sit pre destinatus.hoc eni ⁊ ꝯiunctim ⁊ disiun ctim intelligi pōt. Nō eni pōt esse vt ab eterno sit predestinatus:⁊ mō nō sit p̄ destinatus.nec pōt eē simul vt sit prede stinatus:⁊ nō sit predestinatus: ſȝ tamē potuit eē ab eterno q̄ꝫ n̄ eēt predestiat⁹ ⁊ potuit ab eterno nō eē predestinatus ⁊ sicut ab eterno deus potuit eū nō pre destinare:ita ꝯceditur a quibusdaȝ q̄ꝫ ⁊ mō pōt deus eū nō predestinasse ab eter no.ergo pōt deus nō predestinasse eum ergo pōt iste nō fuisse predestinatus. Si v° nō fuisset p̄destinatus:nec mō esset p̄destinatus.ergo pōt mō nō esse prede stinat⁹. Ita ⁊ de p̄scia ⁊ de prescitꝭ dicūt qđ ī actionibus vel oꝑationibus dei ⁊ hominum nullatenus concedūt. Exquo enim aliquid factum est vel dictum:nō ꝯceduut q̄ꝫ possit nō eē:vel n̄ fuisse. imo

ĩpossibile est nõ esse vł nõ fuisse qđ factũ est vel dictũ: referentes ĩpossibilitatẽ vł possibilitatẽ ad naturã rei existentis. cũ v̓o de prescia vel p̄destinatiõe di agitur possibilitas vel ĩpossibilitas ad potẽtiã dei refertur: que semp eadẽ fuit ⁊ est. q2 p̄destinatio: prescia: potentia: vnum ⁊ idẽ in deo est.

Quid sit reprobatio dei: ⁊ in qb⁹ cõsideretur: ⁊ quis sit p̄destinationis effectus.

Vnq3 p̄destinatio sit gratie p̄paratio. i. diuina electio: q̄ elegit quos voluit ante mũdi cõstitutionẽ: vt ait ap̄ls: reprobatio econuerso intelligenda est prescia iniquitatis quorũdã: ⁊ p̄paratio dãpnationis eorũdẽ. Sicut enĩ p̄destinationis effc̄us illa gratia ẽ: qua in p̄ñti iustificamur: atq3 ad recte viuendũ ⁊ ĩ bono p̄seuerandu3 adiuuamur: ⁊ illa qua in futuro beatificamur: ita reprobatio di qua ab eterno nõ eligẽdo quosdã reprobauit: ſm duo ↄsiderat: quo⁊ alterũ prescit ⁊ nõ p̄parat. i. iniquitatẽ: alte⁊ prescit ⁊ p̄parat scz eternã penã. Vnde Aug⁹ ad Prosperũ ⁊ Hylariũ. Hec inquit regula incõcusse tenẽda est: peccatores in peccatis prescitos eẽ: nõ prepatos. penã aũt eẽ p̄paratam. Prepauit enĩ deus: vt ait Augusti⁹ in li° de bono p̄seuerantie: in prescia sua quibus voluit bona sua. ⁊ quibuscunq3 donat p̄culdubio se donaturu3 eẽ presciuit. Prepauit enĩ deus: vt ait Fulgentus malis ignẽ eternũ: illis vtiq3 quos iuste p̄parauit ad luenda supplicia: nec tamẽ ad facienda peccata. Preparauit enĩ de⁹ qđ diuina eq̄tas redderet: nõ qđ humana iniquitas admittẽt. Nõ enĩ sicut p̄parauit sanctos ad iusticiã p̄cipiendã: sic prepauit iĩquos ad iusticiã admittendã: q2 p̄pator prauitatis nũq̄ fuit. Sicut g° p̄destinatio dei p̄prie est p̄scia ⁊ prepatio beneficio⁊: quibus certissime liberãtur q̄cunq3 liberant̄: ita reprobatio dei est prescia malicie in q̄busdã ñ finiende ⁊ p̄paratio pene nõ terminãde. Et sicut p̄destinationis effectus ẽ gratie appositio: ita reprobationis eterne quodam mõ effectus esse vr̄ obduratio. nec obdurat deus: vt ait Aug⁹ ad Sixtum im p̄tiendo maliciã: sed nõ imp̄tiendo gratiã: sic nec digni sunt. Quibus. n. nõ ip̄titur nec digni sunt nec merent̄: potius vt nõ imp̄tiatur hoc digni sunt: hoc merẽtur. Vnde ap̄ls ait. Cui vult miseretur deus: ⁊ quẽ vult indurat. misericordia3 appellãs p̄destinationẽ: ⁊ precipue p̄destinationis effectũ. i. gratie appositionẽ Obdurationẽ v̓o gratie p̄uationẽ. Nõ enĩ vt ait Aug⁹ ad Simplicianũ intelligendũ est: q̄ ita deus induret q̄si queq̄ peccare cogat: s3 tm̄ quibusdã peccatoribus misericordiã iustificationis sue nõ largitur: ⁊ ob hoc eos indurare dicit̄ q2 eo⁊ nõ miseret̄: nõ q2 impellit vt peccent. eo⁊ aũt nõ miseret̄: quib⁹ gratia3 nõ eẽ prebendã equitate occultissima: ⁊ ab humanis sensibus remotissima iudicat. Quã nõ ap̄it: sed miratur apostol⁹ dicẽs. o altitudo diuitia⁊ sapie ⁊ scie di

Vtr⁊ aliquod sit meritũ obduratõis vel misericordie.

I aũt querimus meritũ obdurationis ⁊ misericordie: obdurationis meritũ iuenim⁹: m̄ie v̓o meritũ nõ inuenimus. q2 nullum est misericordie meritũ: ne gratia vacuet̄ si nõ gratis donatur: sed meritis reddit̄ Miseretur itaq3 ſm gratiam: que gratis datur. obdurat autem ſm iudicium qđ meritis redditur. Vnde dat̄ ĩtelligi

ita obduratio dei sit nō misereri. nō vt
ab illo irrogetur aliquid quo sit homo
deterior: sed tantū quo sit melior n̄ ero
getur. Ex his aperte ostendit quid mise
ricordiā: quid obduratione intellexerit
apostolus. ⁊ quia misericordiam nullū
aduocat meritum. Obduratio vero nō
est semper sine merito ⁊ misericordie
verbo: hic accipitur predestinatio ⁊ pre
cipue predestinationis effectus. Obdu
rationis vero nō ipa dei eterna repro
batio: quia eius nullum est meritū: sed
grē priuatio sine subtractio: q̄ quodam
mō est reprobationis effectus. Accipit
tamē aliqn̄ reprobatio ꝓ obduratione
sicut ⁊ p̄destinatio ꝓ suo effectu: qui est
gr̄a apposita. Gr̄a eni q̄ apponit effcūs
est p̄destinatiōis. Cū igitur grē q̄ appo
nitur hōi ad iustificationē nulla sint me
rita: multominus ⁊ ipsiꝰ p̄destinationis
q̄ ab eterno elegit deus quos voluit: ali
qua pn̄t existere merita. Ita nec r̄proba
tionis q̄ ab eterno quosdā prescivit fu/
turos malos ⁊ dānādos. sicut elegit Ja
cob ⁊ Esau reprobauit. quod nō fuit ꝓ
meritis eoꝝ que tunc haberēt: q2 nulla
habebāt: qm̄ nec ipi existebant. nec ꝓpt̄
futura merita que p̄uideret: vel illū ele
git: vel illum reprobauit.

Opinio quorūdā in qua fuit aliquā
do Augꝰ: sed post retractauit

Pinati sunt tn̄ quidam deum
iō elegisse Jacob: q2 talē futu
rū p̄sciuit: qui in eū crederet: ⁊
ei seruiret. qđ aliqn̄ Augꝰ se sensisse dic̄
in liº retractationū. vbi apte ostendit q̄
si ꝓpter futura merita electus eēt: iam
nō ex gratia eēt electio. Nō iō electus ē
a deo: quia talis futurus erat: sꝫ ex ele/
ctione talis est factus: ita dicens. Dispu
tans quid elegerit deus in nōdum nato
cui dixit seruituꝝ eē maiorē. ⁊ q̄d in eo
dē maiore siłr nōdū nato reprobauerit
ad hoc p̄duxi rōcinatiōꝫ vt dicerē. Nō
ergo elegit deus opa cuiusq̄ i prescia: q̄
ipē daturus est: sꝫ fidē elegit in prescia. ⁊
quē sibi credituꝝ eē presciuit: ipm̄ elegit
cui spiritū. s. daret: vt bona opando etiā
eternā vitā ꝯsequeret̄. Ecce hic aperte
dicit nō ꝓpter opa eū elegisse: sꝫ ꝓpter
fidē qua eū presciuit credituꝝ. Sꝫ quia
⁊ in fide meritum est sicuti ⁊ in opibus:
hoc retractauit dicēs. Nōdū diligentiꝰ
q̄siuerā: nec adhuc inueneram q̄lis sit ele
ctio gratie: de q̄ apl's dicit. Relique p̄ ele
ctionē grē salue fient. que vtiq̄ nō ē gr̄a
si ex meritis p̄cedit: vt iam qđ datur n̄
ſm gratiā: sꝫ ſm debitū reddatur potiꝰ
meritis q̄ donetur. Proinde qđ ꝯtinuo
dixi: dicit idē apl's. Idē deus q̄ opatur
oīa in oībus. Nusq̄ aūt dictū est. Deus
credit oīa in oibus. ac deinde subiunxi:
quod ergo credimꝰ nostꝝ est. qđ vero
bonum opamur illius est qui credētibꝰ
dat spiritū. s. Profecto nō dicerē si iam
scirem etiā ipsā fidem inter dei munera
repiri q̄ dant̄ in eodē spū. Utrūq̄ ergo
nr̄m ē ꝓpt̄ arbitriū volūtatꝭ. ⁊ vtrunq̄
datū ē p̄ spm̄ fidei ⁊ charitatꝭ. ⁊ qđ pau
lo pꝰ dixi. Nr̄m ē. n. credē ⁊ velle. Illius
āt dare credētibꝰ ⁊ volentibꝰ facultatē
bene opandi per spiritū. s. per quē chari
tas diffunditur in cordibus nostris. veꝝ
est quidē: sꝫ eadē regula. ⁊ vtrūq̄ ipiꝰ ē
quia ipē p̄parat voluntatē. ⁊ vtrunq̄
nostꝝ q2 nō fit nisi volentibus nobis. gº
⁊ meritum fidei de mīa dei venit. Nō gº
ꝓpter fidē vel aliqua merita elegit dn̄s
aliquos ab eterno vel apposuit gratiā
iustificationis i tpe: sꝫ gratuita bonitate
sua elegit vt boni essent. Unde Augꝰ in
li. de predestinatione sanctoꝝ. non quia

futuros nos tales eē p̄sciuit: iō elegit: sꝫ vt eēmus tales per ipam electionē grē sue qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

His videt̃ 2riū qđ alibi ait augꝰ.

Is tn̄ vr̄ advsari qđ dic̄ augꝰ. sup malachiā ꝓphetā: vbi scriptū est. Jacob dilexi: Esau aūt odio habui. Cui vult igt miseret̃ deꝰ: ⁊ quē vult idurat. sꝫ hec volūtas dei iiusta eē nō pōt. venit eni de occultissimis meritis: qꝛ ipsi peccatores cum ꝓpter generale peccatū vnā massam fecerint: nō tn̄ nulla inter eos ē diuersitas. Precedit eni aliquid in peccatoribꝰ: quo q̄uis nōduꝫ sint iustificati: digni efficiant̃ iustificatōe Et itē p̄cedit in aliis peccatoribꝰ quo digni sunt obtusione. Ecce hic videt̃ Augꝰ dicere ꝙ ⁊ ipsa dei voluntas qua alios eligit: alios reprobat ex meritis veniat: sed occultissimis. i. ꝙ ꝓ meritis alios voluerit eligere: alios reprobare. ⁊ ꝙ ꝓ meritis aliis apponit̃ gratia iustificationis: aliis nō. vn̄ obtundūt̃. sed quid intelligere voluerit: ignorat̃: nisi forte dicatur hoc intellexisse qđ. s̄. diximꝰ eū retractasse. Nā ibideꝫ etiā quedā alia ɔtinue subdit que in liº retractationis apte retractat. Qđ vtrūqꝫ legēti patebit. vn̄ visisse est in p̄missis etiā hoc retractasse. Pōt tamē ex eo sensu accipi fore dictū: nō qꝛ aliquis p̄destinetur ꝓ meritis: vel iustificationis gratiā mereat̃: sed qꝛ aliqui n̄ adeo mali sunt vt mereantur sibi grām nō impt̄iri. Nullus enim gratiaꝫ mereri pōt per quā iustificat̃: pōt tn̄ mereri vt nō apponatur: vt penitus abiiciat̃. Et quidē aliq̄ i tātū iiquitatis ꝓfundū deuenerūt: vt hoc mereātur: vt hoc digni sit Alii vo ita viuūt: vt etsi nō mereāt̃ gratiā iustificationis: nō tn̄ merent̃ oīno repelli: ⁊ gratiā sibi subtrahi. Jōqꝫ dixit in q̄busdaꝫ p̄cedere quo digni sint iustificatione: ⁊ in aliis quo digni sūt obtusione. sed hoc friuolum est.

Opinio quorūdā falsa de occultis dei differentium carnaliter.

Alii vero de isto ꝓfundo q̄rētes reddere rōem: atqꝫ ſm cōiecturas cordis sui inscrutabilē altitudinē iudicioꝝ dei cogitare conātes: in fabulas vanitatis abiere: dicentes ꝙ aīe sursū in celo peccant: ⁊ ſm sua peccata ad corpa pro meritis dirigunt̃: ⁊ dignis sibi q̄si in carceribus includunt̃. Ierūt hi tales post cogitationes suas: ⁊ volētes disputare de dei profūdo: vsi sunt in ꝓfundū: dicētes aīas in celo añ cōuersatas: ⁊ ibi aliquid boni vel mali egisse ⁊ ꝓ meritis ad corpa terrena detrusas eē. hoc aūt respuit catholica fides ꝓpter euidētē apostoli sniaꝫ q̄ ait. cū nōdū nati eēnt aut aliquid bōi vel mali egissent ⁊c̄. Melior est ergo fidelis ignorātia q̄ꝫ temeraria scia. elegit aūt quos voluit gratuita mīa: non qꝛ fideles futuri erāt: sed vt fideles essent. eisqꝫ gratiā dedit: nō qꝛ fideles erāt: sꝫ vt fierēt. ait eni apl̄s. Misericordiā ɔsecutus sū vt fidelis eēm: nō ait qꝛ fidelis erā. Dat̃ etiā cuidā ⁊ fideli sꝫ data est prius vt esset fidelis. ita etiaꝫ reprobauit quos voluit: nō ꝓpter merita futura que p̄uideret: veritate tamen rectissima ⁊ a nr̄is sensibus remota.

Questio.

Sed q̄ritur vtꝝ sic̄ dr̄ deꝰ elegisse quosdā vt boni fierēt ⁊ fideles: ita etiā ɔcedi dēat r̄probasse quosdā vt mali essēt ⁊ infideles: ⁊ obdurare vt peccēt. qđ nullatenꝰ ɔcedi oꝫ Nō eni reprobatio ita est cā mali sicut p̄destinatio cā boni. neqꝫ obduratio ita facit hoīeꝫ malū quēadmodū misericordia facit bonum.

An ea que semel scit deus v.l p̄scit sp sciat ⁊ presciat: ⁊ sp scierit ⁊ p̄scierit

Reterea ↄsiderari oȝ: vtrum ea omnia que semel scit vl' prescit deus semp sciat ⁊ scierit: ⁊ p̄sciat ac prescierit: an olim scierit vel p̄scierit qđ modo nō scit vel prescit. De p̄scia primo respondemus dicentes mlta euȝ p̄scisse que mō nō prescit. Cum enim eius p̄sciētia nō sit nisi de futuris: ex quo illa que futura erant p̄ntia fiunt vel preterita erūt: sub dei prescia esse desinunt. sub scia vero semp sunt. Prescinit gͦ deꝰ oīa ab eterno que futura erant. neqȝ prescire desinit: nisi cum futura esse desinunt neqȝ cum prescire desinit aliqua que ante p̄sciebat: minus ea noscit ꝙ̄ ante cognoscebat. Nō enī dī ex defectu scientie eius ꝙ aliqua prescierit aliqn̄ que mō n̄ presciat: sed ex rōne verbi qđ est prescia p̄scire enim est ante scire ꝙ̄ fiat aliquid. Ideoqȝ nō pōt dici deus prescire nisi que futura sunt.

Hic de scia dicit deū semp scire quod semel scit.

E scia aūt alr̄ dicimꝰ. Scit enī deus semp oīa que aliqn̄ scit Oēm enī sciam quam aliquando hȝ semp habuit ⁊ habet ⁊ habebit Ad hoc aūt opponit̄ ita. Olī sciuit hunc hominē nascituꝝ qui natus est: modo n̄ scit eū nascituꝝ. Sciuit ergo aliquid qđ modo non scit. Item sciuit mundum eē creandū: mō nō scit eum creandū. aliqd ergo sciuit quod mō nō scit. ⁊ alia huiꝰ modi infinita īduci possent. Sȝ ad hoc dicimus ꝙ idē nūc etiā scit quod sciebat anteq̄ fieret: licet tūc de natiuitate hꝰ hois ⁊ mūdi creatione: ⁊ nūc hanc sciaȝ eiꝰ diuersꝭ vbis exp̄mi oporteat. Nā qđ tunc futuꝝ erat: nūc p̄teritū est. Ideoqȝ verba ↄmutanda sunt ad ip̄m designandū. Sicut diuersis tp̄ibus loquētes eandē diem mō per hoc aduerbiū cras designamus dū adhuc futura est: mō p hodie dū p̄ns: mō p heri dū p̄terita est. ita anteq̄ crearet̄ mundus sciebat deꝰ hūc creandū. postq̄ creatus est: scit eum creatum. nec est hoc scire diuersa: sed oīno idem de mundi creatione. sicut antiq patres crediderūt xp̄m nascituꝝ ⁊ morituꝝ: nos aūt credimꝰ eū iam natū ⁊ mortuum. ⁊ nec tamē diuersa credimus nos ⁊ illi: sed eadē. Tp̄a enī vt ait Augꝰ variata sunt. ⁊ iō verba sunt mutata: nō fides. Indubitanter igit̄ teneamus deum semp omnia scire que aliqn̄ scit.

De omnipotētia dei: vbi prius ↄsideratur quare dicatur oīpotens.

Unc de oīpotentia dei agēdū ē vbi prima ↄsideratio occurrit quō deꝰ v̄e dicat̄ omīpotēs: an q: oīa possit: an tm̄ quia ea possit que vult. Q: enim deus oīa possit: pluribꝰ auctoritatibus ↄprobat̄. ait enī Augꝰ in liͦ qōnum veteris ⁊ noue legis. Oīa quidē pōt deus: sed nō facit nisi qđ cōuenit eiꝰ v̄itati ⁊ iusticie. Idē ī eodē. Potuit simul cūcta facere: sed p̄hibuit rō. i. voluntas Rōeȝ nempe ibi voluntatē appellauit: q: voluntas dei rōnabilis est ⁊ equissima fatendū ergo est deū oīa posse.

Quō deus dicatur oīa posse cuȝ nos multa possimus q̄ ip̄e nō pōt.

Ed querit̄ quō oīa posse dicatur: cum nos quedā possimus que ip̄e nō pōt. Nō enī potest ambulare: loqui ⁊ huiusmodi: que a nā diuina oīno sunt aliena: cū hoꝝ instrumēta nullatenus habere q̄at incorporea ⁊ simplex sub̄a. Quibus id respondenduȝ arbitror ꝙ huiusmōi actiones: ambulatio. s. ⁊ locutio ⁊ huiusmodi a dei potētia aliene nō sunt: sed ad ip̄am ptinēt. Licȝ

enī huiusmōi actiōes in se deus habere nō possit. Nō enī pōt ambulare vel loq ⁊ huiusmodi: eas tamē in creaturis potest opari. facit enī vt hō ambulet ⁊ loquat̄ ⁊ huiusmodi. Non ergo per istas actiones diuine potentie detrahit̄ aliqd q₂ ⁊ hec pōt facere deus oīpotens. Sꝫ sunt alia quedā que deus nullatenus facere pōt. vt peccata. Nō enī pōt mētiri nō pōt peccare. sed nō ideo oīpotentie dei in aliquo detrahitur vel derogatur si peccare nō posse dicit̄. quia nō eēt hoc potētie: sed īfirmitatꝭ. si enī posset hoc: oīpotens non eēt. non igitur impotētie: sꝫ potentie īputandū est ꝙ ista nō pōt. vn̄ Aug⁹ in. i5° li° de trinita. Magna inquit dei potentia est non posse mentiri. sunt enī que in aliis rebus potentie deputanda sūt: in aliis v̄o minime. ⁊ que in aliis laudabilia sunt: ī aliis rep₂hēsibilia sūt Nō ergo iō deus minus potens est: qa peccare nō pōt: cum oīpotens nullaten⁹ sit qui hoc pōt.

Itē de aliis oppōit.

Unt etiā ⁊ alia quedā q̄ deus nō pōt. vn̄ videt̄ nō om̄ia posse. Non enī pōt mo₂i vel falli Unde Aug⁹ in li° de simbolo. Deus oīpotens nō pōt mo₂i: nō pōt falli: nō potest miser fieri: nō pōt vinci. hec vtiqꝫ ⁊ huiusmōi absit vt possit oīpotēs. Si enī huiusmodi passionibus atqꝫ defectibus subiici posset: oīpotens non fo₂et. ⁊ inde monstratur oīpotens: q₂ hec ei ap p₂opinq̄re nō valent. pōt tn̄ hec ⁊ ī aliis operari.

Q₂ oīpotentia dei ſm duo ꝯsiderat̄.

Ex predictis liquet ꝙ volūtas dei: que ipe est semp inuicta ē nec in aliquo cassatur: sed per omnia impletur. Cōsilium vō eius atqꝫ preceptio siue prohibitio: nō ab omnibꝰ implētur: quibus proposita ⁊ data sūt neqꝫ ideo precepit omnibus bona vel ꝓhibuit mala: vel cōsuluit optima: ꝙ vellet: ab omnibus bona que precepit fieri vel mala que ꝓhibuit vitari. si enim vellet: vtiqꝫ ⁊ fierent. quia in nullo potest ab homine superari vel impediri volūtas eius. sed vt iusticiam suam hominibus ostenderet: ⁊ mali essent inexcusabiles: deniqꝫ vt boni ex obedientia gloriā mali ex inobedientia penam sortirentur sicut vtrisqꝫ ab eterno preparauit. Ea igitur que omnibus precepit vel prohibuit: a quibusdam voluit fieri vel vitari: sed nō ab omnibus. ⁊ quedam personaliter p̄cepit ⁊ in veteri ⁊ in noua lege que ab eis quibus precepit fieri voluit Ut abrahe de imolatione filii. Et i euāgelio quibusdam curatis quibus precepit ne cui dicerent.

Qꝫ aliquādo homo bona voluntate aliud vult q̄ꝫ deus. ⁊ aliquando etiā mala idem qđ deus bona voluntate vult.

Sciendum quoqꝫ est ꝙ aliquādo mala est volūtas hominis ideꝫ volentis qđ deus vult fieri. ⁊ aliquādo bona est voluntas hominis aliud volentis q̄ꝫ deus. Ubi eniꝫ bona sit hominis voluntas: oportet attendere: quid congruat ei velle: ⁊ quo fine. Tantum enī interest inter voluntatē dei ⁊ voluntatē hominis: vt in quibusdam congruat aliud deo velle: aliud homini

I

Unde Augustinus in encharidion. Ali
quando inquit bona voluntate homo
vult aliquid: quod deus non vult: bona
multo amplius multoqꝫ certius volũta
te. Nam illius mala volũtas esse nunq̄
potest: tanq̄ si bonus filius patrem ve
lit vivere: quem deꝰ bona volũtate vult
mori. ⁊ rursus fieri potest vt hoc velit
homo voluntate mala quod deus vult
bona. Velut si malꝰ filius velit mori pa
trem: velit etiam hoc deus. nempe ille
vult quod nõ vult deꝰ. iste vero id vult
quod vult ⁊ deus. ⁊ tamẽ bone dei vo
luntati pietas illius potius consonat: q̄
uis aliud volentis: q̄ huius idẽ volentis
impietas. Multum enim interest quid
velle homini: qd deo congruat: ⁊ ad quẽ
finem suam quisqꝫ referat voluntatem
vt approbetur vel improbetur. potest
enim velle bonum: quod nõ congruit ei
velle. ⁊ potest velle bonum quod con
gruit. sed qꝛ nõ refert ad finẽ rectuz: iõ
non est bona voluntas.

Qꝛ bona dei volũtas per malas ho
minũ voluntates impletur. vt in pas
sione xp̃i cõtigit. vbi quiddã factuz
est qđ deus bona ⁊ iudei mala volũ
tate voluerũt. voluerũt tamen ⁊ ali
quid: quod deus nõ voluit.

Illud quoqꝫ nõ est p̄termitten
dũ: q̄ aliquando dei voluntas
bona per voluntatẽ malã ho
minis impletur. vt in crucifixiõe xp̃i fa
ctum est: quem deus bona volũtate mo
ri voluit. Iudei vero ĩpia voluntate eũ
crucifixerũt. ⁊ volebant iudei mala vo
luntate quiddã quod deus bona volun
tate volebat. s. vt xp̃s pateret̃: ⁊ morẽt̃
sed volebant ⁊ aliqd aliud quod deꝰ nõ
volebat. s. occidere xp̃m. qđ fuit mala
actio ⁊ peccatũ. Actũ quippe iudeoꝝ
nõ voluit deus. passionez vͦo xp̃i voluit
sicut in psalmo xp̃s ad patrem ait. Tu
cognovisti sessionẽ meã. i. passionẽ meã
voluisti ⁊ approbasti. tibi. n. placuit. vo
luit itaqꝫ tota trinitas vt xp̃us pateret̃
nec tamẽ voluit vt iudei occiderent. qa
voluit penam xp̃i: sed nõ voluit culpaz
iudeoꝝ. nec tamẽ noluit. Si enĩ noluissꝫ
nec fuisset. Sed ad hoc opponitur sic.
Si voluit deus vt xp̃s pateret̃: voluit
itaqꝫ vt pateret̃ a iudeis: vel nõ. si voluit
vt nõ pateret̃ a iudeis: cũ passus sit: fcm̃
est itaqꝫ quod voluit deus nõ fieri. Si
autẽ voluit eũ pati a iudeis: ergo volu
it eũ occidi a iudeis. voluit itaqꝫ vt iu
dei occiderent eũ. Ad quod responden
tes dicimus simpl̃r eẽ concedendum: q̄
deus voluit xp̃m pati: mori. quia eius
passio bona fuit: ⁊ cã nostre salutis. Cũ
autem dr̃ volebat eũ pati uel occidi a
iudeis: hic distinguendũ est. si enim itel
ligitur sic. volebat eũ sustinere passionez
sine crucifixionẽ a iudeis illatam: veruꝫ
est sensus. Si vͦo itelligatur sic. uolebat
vt iudei occiderent eũ: falsum est. Non
enĩ uolebat deus actionẽ iudeoꝝ q̄ ma
la erat: sed volebat passionẽ bonam. ⁊
hec uoluntas p̲ malas iudeoꝝ volunta
tes impleta est. Unde Augustinꝰ in en
charidion. Deus quasdã uoluntates su
as vtiqꝫ bonas implet per maloꝝ ho
minũ voluntates malas. sicut per mali
uolos iudeos bõa uolũtate patris xp̃s
pro nobis occisus est. qđ tantum bonuz
fuit: vt apostolꝰ Petrꝰ quando id fieri
nolebat: sathanas ab ip̃o qui occisus ẽ
diceret̃. Ecce manifestuz habes magnũ
bonuz fuisse q̄ xp̃s occisus est. ⁊ hoc bo
nũ qꝛ petrꝰ nolebat: ideo redargutus ẽ

74

Utrum placuerit viris bonis q xpus pateretur et moreretur. placuit q intuitu nostre liberationis: sed nõ ipius cruciatus.

Ex quo sesu soluitur qõ q quri solet: vtrum viris sanctis placere debuerit q xps pateret vl occideret. Debuit eni eis placere intuitu nostre redẽptionis: sed nõ intuitu ipius cruciatus. Uoluerũt ergo ac vehementer cupierũt xpm mori pter liberationẽ hoīs: et impletionẽ diuine voluntatis sed nõ voluerũt delectatiõe ipius afflictionis. de eodez ergo letabantur et tristabantur. sed ob aliud gaudebant et ob aliud dolebant. volebãt igitur xpz mori p hois redẽptione: et tamẽ de morte ipius diuersis de cãis corda eorum varie mouebãtur.

Quõ sentiendũ sit de passionib[9] sanctorum: an velle: an nolle debeamus.

Si vero qritur: vtrum eodez mõ sentiendũ sit de passionib[9] sanctorum. dicimus aliquã esse differentiam inter passionẽ capitis et membrorum. xpi namq passio cã est nostre salutis: qd nõ est passio alicuius sci. Nullius enim passione redẽpti sumus nisi christi Profuerunt qdẽ non mõ eis qui passi sunt: verumetiam et aliis fidelib[9] ipsorum passiones. verũtamẽ nostra redemptio nõ sũt. Hoc eni sola passio illius potuit qui deus est et homo. Illius ergo passionem credentium pie mentes optauerũt et voluerũt fieri sicut futurũ credebant Passiones vero sanctorum possumus velle et nolle: et vtrũq bona volũtate: si rectos nobis pponamus fines. Cui enim placuit Pauli passio eo fine quia premium eius per hoc auctũ et paratũ cernebat: bonam videtur habuisse volũtatem: que voluntati eius congruebat: q cupiebat dissolui et esse cuz xpo. Qui autem voluit eum declinare passionem et effugere manus iniquorum compassione pietatis: et ille habuit bonam voluntatem. Unde Augustinus in encharidon. Bone voluntates apparebant piorum fidelium: qui nolebant apostolum Paulũ Hierusalem pergere: ne ibi pateret mala: que Agabus ppheta predixerat et tamen hoc illum deus pati volebat p annuncianda fide xpi: exercens martires christi. neq ipse bonam volũtatem suam impleuit: per xpianorum volũtates bonas: sed per iudeorum malas. et ad eum potius pertinebãt qui nolebãt quod volebat: q illi per quos volentes factum est quod volebat. quia idipsum mala voluntate fecerũt: quod deus bona voluntate voluit. Ita et in passione xpi factum est. quod enim deus voluit: hoc idem Judas: iudeus: et dyabolus. sed illi mala voluntate: deus vero bona voluntate: scilicet vt Christus moreret Uerũtamen illi actum voluerunt: quez deus non voluit.

Hic finitur prim[9] liber de misterio trinitatis.

Incipit liber secundus de rerū crea/
tione ⁊ formatiõe corporaliū ⁊ spiri
tualiū ⁊ aliis pluribus eis ꝑtinētib⁹.

Ue ad mysteriū diuine vni
tatis atq; trinitatis licȝ ex
parte cognoscēdū ꝑtinere
noscunt: ꝙtum valuim⁹ di
ligenter executi sumus: nunc ad conside
rationem craturarum transeamus.

Incipit tabula secūdi libri

I

An ex fine oēs actus pensari debeāt.

Et ex quo affectu vl' fine oēs sint boni vel mali.

An ōis intentio ⁊ actio infidelium sit mala.

Quibus modis dicatur bonū.

Quomō intelligendū sit illud peccatuʒ a deo est voluntariū.

Et illud nusq̄ nisi ī volūtate peccatū ē.

Et recte nō nisi volūtate peccatur.

Q' mala voluntas est volūtariū pctm̄.

An volūtas mala ⁊ actio in eodeʒ ⁊ circa idē sint vnū pctm̄ vel plura.

Si peccatū ab aliquo cōmissū in eo sit quousq; peniteat.

Quibus modis accipit̄ reatus.

De modis peccatorū.

Quo differāt delictū ⁊ peccatū.

De septem principalibus vitiis.

De superbia.

Quomō superbia dicat̄ radix omnium malorum ⁊ cupiditas cum sup̄bia.

Quādo sit cupiditas.

De peccato in spiritū sanctū.

De potentia peccandi: an sit homini vl' diabolo a deo.

An aliquando resistendum sit pctāti.

Unum esse rerū principiū ostēdit nō plura: vt quidam putauerūt.

Creationē rerum insinuās scriptura: deū esse creatorem initiumq; tempis atq; oīuʒ visibiliū vel inuisibiliū creaturarum: in primordio' sui ostendit dicens. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. His eteni verbis Moyses spū dei afflatus: in vno principio a deo creatore mūdū factū refert: elidens errorē quorundam plura sine principio fuisse p̄ncipia opinātiū. Plato nanq; tria initia fuisse existimauit: deū. s. ⁊ exemplar: ⁊ materiā. ⁊ ipsa increata, sine principio: ⁊ deū quasi artificē nō creatorē. Creator eteni est qui de nihilo aliq̄ facit. ⁊ creare p̄prie est de nihilo aliquid facere. facē vō nō ē nō modo de nihilo aliqd opari: sʒ etiā de materia. Unde ⁊ hō vel angelus dicit̄ aliqua facere. sed non creare. Uocaturq; factor siue artifex: sed nō creator. hoc eni nomē soli deo p̄prie ɔgruit qui ⁊ de nihilo quedā: ⁊ de aliquo aliq̄ facit. Ipe est ergo creator ⁊ opifex ⁊ factor: sed creatoris nom̄ sibi p̄prie retinuit: alia vō noīa etiā creaturis cōmunicauit. In scripturis tamē sepe creator accipit̄ tanq̄ factor: ⁊ creare sicut facē sine distinctiōe significationis.

Q' hec verba. s. facere ⁊ agere non dicunt̄ de deo s̄m eam rationeʒ qua dicunt̄ de creaturis.

Uerūtamē sciendū est hec v̄ba. s. creare: facere: ⁊ agere ⁊ alia huiusmodi de deo nō posse dici s̄m eam rōnem qua dicūt̄ d̄ creaturi. Quippe cum dicimus euʒ aliqd facere non aliquem in operando motū illi intelligimus inesse: vel aliquā in laborando passionem: sicut nobis solet accidere sed eius sempit̄ne voluntatis nouū aliquē significamus effectū. i. eterna ei' voluntate aliquid nouiter existere. Cuʒ g° dicitur aliquid facere: tale est acsi dicat̄ iuxta eius voluntatē vel per eius volūtatem aliquid nouiter cōtingere vel eē vt in ipso nihil noui contingat. Sʒ nouū aliquid sicut in eius eterna volūtate fuerat: fiat sine aliqua sui motione vel mutatione. Nos vō operando mutari

dicimur qa mouemur. Nō eni sine mo/
tu aliquid facimus. De⁹ ergo facere vel
agē aliqd dicit: qa causa est oīuꝫ reruꝫ
nouiter existentiū: dū eius volūtate res
noue esse incipiūt: q̄ ante nō erant absq̃
ipsius agitatōe: ut actus ꝓprie dici nō
queat: cum videlicet actus oīs in motu
consistat. In deo aūt motus nullus est.
Sicut ergo ex calore solis aliqua fieri
contingit: nulla tamē in ipso vel in eius
calore facta motione vl' mutatione. Ita
ex dei voluntate noua habēt eē sine mu
tatione auctoris qui est vnū ꝛ solū prin
cipium omniū. Aristoteles vō duo pn/
cipia dixit. s. materiā ꝛ spēm: ꝛ tercium
opatoriū dictū. mundū quoq̃ semp eē
ꝛ fuisse.

¶ Qd catholicū est docet.

Hrū g° ꝛ siliū errorē spūs scūs
euacuās veritatisq̃ disciplinā
tradens deum in principio tē/
porū mūdū creasse: ꝛ ante tempora eter
naliter extitisse significat ipsius eternita
tem ꝛ omnipotētiā cōmēdans. Cui vo
luisse facere est. qa vt prediximus ex ei⁹
voluntate ꝛ bonitate res noue existunt.

¶ Credamus igit rerū creataꝝ celestium
vel terrestriū: visibiliū vl' inuisibiliū cāꝫ
nō esse nisi bonitatē creatoris qui est de⁹
vnus ꝛ verus. Cuius tanta est bonitas
vt sūme bonus beatitudinis sue q̄ eter
naliter beatus est: alios velit esse partici
pes: quā vidit ꝛ coīcari posse: ꝛ minui oī
no non posse. Illud ideꝫ igitur bonum
qd ipse erat: ꝛ quo beatus erat: sola bo
nitate ꝛ nō necessitate aliis coīcare vo/
luit. qa sūme boni erat prodesse velle: ꝛ
oīpotētissimi noceri nō posse.

¶ Quare rōnalis creatura facta sit.

Et quia nō valet eius btitudi/
nis pticeps existere aliquis nisi
p intelligētiā: q̄ quanto magis
intelligit tanto plenius habet: fecit de⁹
rationalē creaturā que sūmū bonū in/
telligeret: ꝛ intelligēdo amaret: ꝛ amā
do possideret ac possidendo frueretur.
Eamq̃ hoc modo distinxit vt pars in
sui puritate pmaneret: nec corpori vni/
retur. s. angeli pars corpori vniretur
s. anime. Distincta ē itaq̃ rōnalis crea
tura in incorporeā ꝛ corporeā. Et incor
porea qdē angel⁹: corporea vō hō voca
tur ex anima rōnali ꝛ carne subsistens.
Conditio ergo rōnalis creature pmam
causam habuit dei bonitatem.

¶ Quare creatus sit homo vel āgel⁹.

Ideoq̃ si querit quare creat⁹
sit homo vl' angelus: breui ser
mone responderi pōt ꝓpter
bonitatem eius. Unde Aug. in libro de
doctrina xpiana: qa bonus est deus su/
mus: ꝛ inq̄tū sumus boni sumus.

¶ Ad quid creata sit rōnalis creatura.

Et si querit ad quid creata sit
rationalis creatura: respon/
detur ad laudandū deum: ad
seruiendū ei: ad fruendū eo: in quib⁹ p/
ficit ipsa: nō deus. Deus eni pfect⁹ ꝛ sū/
ma bonitate plenus: nec augeri potest
nec minui. Qd ergo rōnalis creatura fa
cta est a deo: referendū est ad creatori
bonitatē: ꝛ ad creature vtilitatē.

¶ Breuissima responsio cum queritur
q̄re vl' ad qd facta sit rōalis creat̄a.

Cum ergo queritur quare vel
ad qd facta sit rōnalis crea/
tura: breuissime responderi
pōt ꝓpter dei bonitatē ꝛ suā vtilitatē.
Utile nēpe ipsi est seruire deo ꝛ frui eo
Factus ergo angelus siue homo ꝓpter
deū dicit esse. non quia creator deus ꝛ
sūme beat⁹: alterutrius indiguerit offi
cio: qui bonorū nostroꝝ nō eget: sꝫ vbi
seruiret ei ac frueretur eo: cui seruire

regnare ē. In hoc enī ꝑficit seruiens: nō
ille cui seruitur.

¶ Sicut factus est homo vt deo ser/
uiret: sic mundus vt seruiret hoī.

Et sicut fact⁹ est hō ꝓpter deū
i. vt ei seruiret: ita mund⁹ fa/
ctus est propter hoīem vt ei
seruiret. Positus est ergo homo in me
dio vt ⁊ ei seruiret̄ ⁊ ipse seruiret: vt ac
ciperet vtrimqꝫ: ⁊ refflueret totū ad bo
num hoīs: ⁊ qđ accepit obsequiū: ⁊ qđ
impendit. Ita enī voluit de⁹ sibi ab ho
mine seruiri: vt ea seruitute nō deus: sꝫ
homo seruiēs iuuaret̄. Et voluit vt mū
dus seruiret hoī: ⁊ exinde similiter iu/
uaretur homo. Totū igit̄ bonū homis
erat: ⁊ qđ factū est ꝓpter ipsū: ⁊ ꝓpter
qđ factus est ipse. Oīa enī vt ait aplus
nostra sūt. s. ⁊ supiora ⁊ equalia ⁊ īferio
ra. Supiora qdem nostra sūt. s. ad per
fruenduꝫ: vt deus trinitas. Equalia ad
cōuiuēdum. s. angeli: qui etsi modo no/
bis sint supiores: in futuro erunt eq̄les
qui ⁊ modo nr̄i sūt: qa ad vsum nobis
sunt. Sicut res dominoꝝ dicūt̄ esse fa/
muloꝝ. nō dominio: sꝫ qa sūt ad vsum
eoꝝ. Ipsiqꝫ angeli in quibusdā scriptu
re locis nobis seruire dicūt̄: dum ꝓpter
nos in ministeriū mittunt̄.

¶ Qđ nō aliqñ dicit̄ i scriptura homo
fact⁹ ē propter repationem angelici
casus.

De hoīe quoqꝫ in scriptura in/
terdū repitur ꝙ factus sit ꝓ
pter reparationē angelice rui
ne. qđ nō ita est intelligendū quasi non
fuisset homo factus si nō peccasset an/
gelus: sed quia inter alias causas pre/
cipuas hec etiā nōnulla extitit. Nostra
igit̄ sunt supiora ⁊ equalia. nr̄a etiaꝫ sūt
inferiora: qa ad seruiendū nobis facta.

¶ Quare ita sit homo institutus. s. vt
aīa sit vnita corpori.

Solet etiā queri cū maioris di
gnitatis esse videāt̄ aīa si absqꝫ
corpe permansisset: cur vnita
sit corpori? Ad qđ primo dici pōt: quia
deus voluit. ⁊ voluntatis eius causa q̄/
renda nō est. Secundo autē dici potest
qa ideo deus voluit eam corpori vniri
vt in humana conditione ostēderet no
uū exemplū beate vnionis: que est inter
deum ⁊ spiritū. i qua diligit̄ ex toto cor
de: ⁊ videtur facie ad faciē. Putaret enī
creatura se non posse vniri creatori suo
tanta ꝓpinqtate: vt eum tota mente di
ligeret ⁊ cognosceret: nisi videret spm̄ q
est excellentissima creatura tam infime
i. carni que de terra est in tanta dilecti/
one vniri: vt non valeat artari ad hoc
vt velit eam relinquere: sicut aplus ostē
dit dicens. Nolum⁹ corpore expoliari
sed superuestiri. p qđ ostendit̄ spm̄ crea
tum spiritui increato ineffabili amore
vniri. Pro exemplo igitur future socie
tatis que inter deū ⁊ spm̄ rōnalē in glo
rificatione eiusdē pficienda erat: aīam
corporeis indumentis ⁊ terrenis man/
sionibus copulauit. luteamqꝫ materiaꝫ
fecit ad vite sensū vegetare: vt sciret hō
quia si potuit deus tā disparē naturaꝫ
corpis ⁊ anime in federationē vnam ⁊ i
amicitiā tantā cōiungere: nequaꝙ̄ ei i/
possibile futurū: rōnalis creature humi
litatem: licꝫ longe inferiorē: ad sue glīe
participationē sublimare. Quia ergo ꝓ
exemplo rōnalis spūs i parte vsqꝫ ad
cōsortiū terreni corpis humiliatus est:
ne forte in hoc nimis depressus videāt̄
addidit dei prouidentia: vt postmoduꝫ
cum eodē corpe glorificato ad cōsortiū
illorū qui i sua pstiterant puritate sub
limaretur. Ut qđ minus ex dispositiōe
creatori sui acceperat odit⁹: postmodū

ꝑ gratiā eiuſdem acciperet glorificatus ſic ergo conditor deus rōnales ſpūs varia ſorte pro arbitrio voluntatis ſue diſponēs: illis quos in ſua puritate reliquerat: ſurſū in celo māſionē: illis vō quos corporibus terrenis ſociauerat: deorſuz in terra habitationē cōſtituit: vtriſqȝ regulam ꝓponēs obedientie: quatenus ⁊ illi ab eo vbi erāt nō caderēt : ⁊ iſti ab eo vbi erant ad id vbi nō erant aſcenderent. Fecit itaqȝ deus hoiem ex duplici ſubſtātia: corpus de terra fingens: aīam vō de nihilo faciēs. Jō aūt vnite ſūt aīe corporibus: vt in eis deo famulātes maiorem mereanť coronam.

¶ Poſt ſacramētū trinitatis de creatura triptita eſt agendū: ⁊ prius de digniori .i. angelica.

Ex premiſſis apparet rōnalez creaturā in angelicā ⁊ humanam fuiſſe diſtinctā. quarum alťa eſt tota ſpūalis .i. angelica: alťa vō ex pte ſpūalis ⁊ ex parte corporalis .i. humana. Cū itaqȝ de his tractandū ſit .ſ. de ſpūali ⁊ corpali creatura: ⁊ de rōnali ⁊ de nō rōnali: primo de rōnali ⁊ ſpirituali .i. de angelis agendū videť: vt a contuitu creatoris ad cognitionē creature dignioris ratio noſtra intēdat. De inde ad cōſiderationē corporee taz illiꝰ que eſt rōnalis ꝙ illius que nō eſt rōnalꝭ deſcendat: vt trinitatis icreate ſacramētum tripartite creature eiqȝ cōcretoruz atqȝ contingentiū ſequať documētum.

¶ Que cōſideranda ſunt de angelis.

De angelica itaqȝ natura hec ꝓmo cōſideranda ſunt: qñ creata fuerit: ⁊ vbi ⁊ qlis facta ſit dū primo cōdereť. Deinde qualis effecta auerſione quorūdam ⁊ conuerſione quorundā. De excellentia quoqȝ ⁊ ordinibus: ⁊ donoȝ differentia: ⁊ de officiiſ ac noibus: aliiſqȝ pluribus aliqua dicenda ſunt.

¶ Quando facti ſūt angeli: prius dicit in quo videnť ſibi obuiare auctoritates.

Quedam auctoritates innuere videnť ꝙ ante omnem creaturā creati ſunt angeli. Unde illud. Primo oīuz creata eſt ſapientia: qꝺ intelligiť de āgelica natura: q̄ in ſcriptura ſepe vita ſapīa ⁊ lux diciť. Nam ſapīa illa que deus eſt creata nō eſt. filiꝰ eni ſapīa patris ē genita: non facta nec creata. ⁊ tota trinitas vna ſapīa ē que nō facta nec creata eſt: nec genita nec ꝓcedens. De angelica ergo vita illud accipiendū eſt: de qua dicit ſcriptura qñ facta eſt .ſ. primo omniū. Sed rurſus alia ſcriptura dicit. In principio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. Et in ꝓpħa. Initio tu dñē terram fundaſti. ⁊. o. m. t. ſ. c. Et videť q̄dam contrarietas oriri ex aſſertiōibꝰ iſtis. Nam ſi primo oīuz creata ē ſapīa oīa poſt ipſam facta videnť. ⁊ ita poſt ipſam facta videnť celuz ⁊ terra: ⁊ ipſa facta ante celū ⁊ terrā. Iteȝ ſi in principio creauit deus celum ⁊ terraz: nihil factū eſt ante celū ⁊ terraz. ergo nec ipſa ſapīa facta eſt ante celum ⁊ terrā. Cum ergo hec contraria videanť: nec in diuina ſcriptura fas ſit ſentire aliquid eē cōtrarietatis: requiramus intelligentiam veritatis.

¶ Quid ſit tenendū docet ꝑmiſſas auctoritates determinans.

Videtur itaqȝ hoc eſſe tenendū ꝙ ſimul creata eſt ſpiritualis creatura .i. angelica ⁊ corpalꝭ. Scđm quod pōt accipi illud Salomonis. Qui viuit in eternū creauit omnia ſimul .i. ſpūalem ⁊ corporalem naturam ⁊ ita nō prius tempore creati ſunt āgeli

ꝙ illa corporalis materia quattuor elementorū: ⁊ tamē primo omniū creata est sapiā. qa etsi tempore non precedit: precedit tamē dignitate.

Q: simul creata fuerit corpalis ⁊ spiritualis creatura.

Quod antē simul creata fuerit spūalis corporalisq̄ creatura Augꝰ. sup Genesim aperte ostēdit dicens. Per celum ⁊ terrā spūalem corporalēq̄ creaturā intelligi. ⁊ hec creata in principio .s. tpis. vel in principio: qa p̄mo facta sunt.

Q: nihil factū ē ante celū ⁊ terram nec etiā tēpus. cū tēpore enī creata sunt: sed nō ex tpe.

Ante ea enī nihil factū est: nec etiā tempus factū est ante spiritualē .s. āgelicā naturā: ⁊ añ corpalem .s. materiā illam quattuor elementorū confusam. Illa enī cum tēpore creata sūt. nec ex tempore nec in tēpore sicut nec tempus in tēpore creatum est qa nō fuit tēpus anteq̄ esset celū ⁊ terra Unde Augꝰ. in libro de trinitate dicit q̄ deus fuit dominꝰ anq̄ eēt tēpꝰ: ⁊ non in tpe cepit esse dominus. qa dominus fuit tpis quādo eē cepit tēpus. nec vtiq̄ tempus cepit esse i tempore: qa nō erat tempꝰ anteq̄ inciperet tempꝰ.

Q: simul cū tēpore ⁊ cum mundo cepit corpalis ⁊ spūalis creatura.

Simul ergo cum tēpe facta est corpalis ⁊ spūalis creatura: ⁊ simul cū mūndo. nec fuit ante angelica creatura q̄ mundus. quia vt Augꝰ. ait. Nulla creatura est ante secula sed a seculis cum quibus cepit. Hieronimus tamē sup eplam ad Titū aliud videt̄ sentire dicens. sex milia necdum nostri tempis iplent̄ annoꝝ: ⁊ quantas prius eternitates: quāta tempora: quātas seculoꝝ origines fuisse arbitrandū est: in quibus angeli troni: dominatōes ceteriq̄ ordines seruirent deo absq̄ tēporū vicibus atq̄ mensuris: ⁊ deo iubente substiterūt. His verbis qdam adherentes dixerūt cū mūdo cepisse tempus seculare: sed ante mundū extitisse tempus eternū sine mutabilitate. ⁊ i eo īmutabiliter ⁊ intēporaliter astruūt angelos deo iubente substitisse eiq̄ seruisse Nos aūt qd prius dictum est ꝑ captu intelligentie nostre magis approbamus: salua tamē reuerentia secretorū in qbus nihil temere asserēdū est. ⁊ illud Hiero. dixisse nō ita sentiendo: sed alioꝝ opinionem referendo arbitramur.

Ubi angeli mox. x. creati fuerunt: in empirreo .s. qd statim vt factum angelis fuit repletum.

Iam ostensū ē quando creata fuerit angelica natura. nec attendendū est vbi facta fuerit. Testimoniis quarundā auctoritatū euidenter monstrat̄: angelos ante casū fuisse in celo: ⁊ inde corruisse quosdam propter supbiā: alios vero qui nō peccauerunt illic perstitisse. Unde dñs in euangelio ait. Videbā sathanā sicut fulgur cadentem d celo. Nec appellatur hic celum firmamētū qd secūda die factū est sed celum splēdidū qd dicitur empirreū .i. igneum a splendore: nō a calore. quod statim factū angelis est repletum: qd ē supra firmamētū. ⁊ illud empirreū quidam expositorū sacre scripture nomine celi intelligi volunt: vbi scriptura dicit: In principio creauit deus celum ⁊ terā Celum inquit strabus nō visibile firma

mentuȝ hic appellat: sed empirreum .i. igneū vel intellectuale: quod non ab ardore sed a splendore dicitur. qđ statim factum repletum est angelis. Unde cuȝ me laudarēt astra matutina ꝛc. De hꝰ quoqȝ Beda ita ait. Hoc supius celum qđ a volubilitate mūdi secretuȝ ē: mox vt creatum est sanctis angelis impletū est: quos in principio cū celo ⁊ terra cōditos testatur dominus: dicēs. vbi eras cū me laudarent astra matutina ⁊ iubilarent oēs filii dei. Astra matutina ⁊ filios dei eosdem angelos vocat. Celum enim in quo posita sunt luminaria non in principio: sed secunda die factum est. Ex his liquet ꝙ in empirreo omnes angeli fuerūt ante quorundam ruinam. simulqȝ creati sunt āgeli cum celo empirreo: ⁊ cū īformi materia oīuȝ corpaliū.

Qꝛ simul creata est visibiliū reꝝ materia ⁊ inuisibiliū natura: ⁊ vtraqȝ īformis ẜm aliquid: ⁊ formata scđm aliquid.

Simul ergo visibilium rerum mā ⁊ inuisibiliū nā ꝯdita ē: ⁊ vtraqȝ informis fuit ẜm aliqđ: ⁊ formata ẜȝ aliquid. sicut enī corporaliū materia confusa ⁊ permixta que scđm grecos chaos dicta est ī illo exordio cōditionis primarie: ⁊ formā confusionis habuit: ⁊ non habuit formam distinctionis ⁊ discretionis: donec postea formaretur atqȝ distinctas reciperet species: ita spiritualis ⁊ angelica natura in sua conditione ẜm nature sue habitum formata fuit. ⁊ tamē illam quā postea per amorem ⁊ conuersionem ad creatorem suum acceptura erat formā non habuit sed erat informis sine illa. Unde Augꝰ. multipliciter exponens premissa verba Genesis. In principio creauit deus celū ⁊ terrā ꝛc. Per celum dicit intelligi informē naturā spūalis vite: sicut in se pōt existere: non conuersa ad creatorem in quo formaṫ. p terram corporalem materiam sine omni qualitate q̄ apparet ī materia formata.

Quomō dicat Lucifer ẜm Ysaiam ascēdam in celum ⁊ cetera: cum esset in celo.

Hic queri solet ī celo empirreo fuerunt angeli ꝙ statim facti sūt: quomō vt legiṫ in Ysaia. dicit lucifer: ascendaȝ in celum: ⁊ ex. so. m. ⁊ e. similis altissimo. Sed ibi celum vocat dei celsitudinem cui parificari volebat. Et est tale: ascendā in celum. i. ad equalitatē dei.

Quales facti fuerit āgeli: q̄ttuor eiꝰ attributa sūt ī ipō īitio sue ꝯditōis.

Ecce ostensum est vbi fuerunt angeli mox vt creati sūt: nūc consequens est inuestigare q̄les facti fuerūt in ipso primordio sue cōditionis. Et quattuor quidem angelis videntur esse attributa in īitio subsistētie sue. s. essentia simplex. i. indiuisibilis ⁊ īmaterialis: ⁊ discretio personalis: ⁊ per rationem naturaliter insitam: intelligentia memoria ⁊ voluntas siue dilectio. liberum quoqȝ arbitriū. i. libera inclinande voluntatis siue ad bonū siue ad malum facultas. Poterat enim per liberū arbitriū sine violentia ⁊ coactione ad vtrumlibet propria voluntate flecti.

An omnes fuerunt equales angeli in tribus. s. in essentia: in sapientia: in libertate arbitrii.

Hic cōsiderādū est vtrū in substantia spūali ⁊ sapia rōnali .i. itellectu: ⁊ libertate arbitrii

que oībus inerant: oēs equales fuerint.
Ut sit prima consideratio de substantia
secunda de forma: tercia de ptāte. Per/
sona quippe substātia est: sapiā forma:
arbitriū potestas. ⁊ ad substātiā qdem
ptinet nature subtilitas: ad formaȝ vͦo
intelligentie pspicacitas: ⁊ ad potestatē
voluntatis rōnalis habilitas.

Hic dicit ꝙ differentes fuerūt in illꝭ.

Ille igitur eēntie rōnales que
psone erant: ⁊ spūs erant: na/
turaqȝ simplices: ac vita īmor
tales: differentē eēntie tenuitatē ⁊ diffe
rentē sapie pspicacitatē atqȝ differentē
arbitrii habilitatē eē habuisse itelligūt
sicut in corporibus nō nulla differentia
est ẜm essentiā ac formā ⁊ pondus. Que
dam enim aliis meliorē ⁊ digniorē eēn
tiam ⁊ formā habēt. ⁊ alia aliis leuiora
atqȝ agiliora sunt. Ad hunc ergo modū
credendū est illas spūales naturas con/
uenientes sue puritati ⁊ excellētie: ⁊ in es
sentia ⁊ in forma ⁊ in facultate differē/
tias accepisse in exordio sue conditionis
quibus aliis supiores: alii inferiores dei
sapiā constituerentur: aliis maiora: aliis
minora dona prestantis. Ut q tūc p na/
turalia bona aliis excellebant: ipsi etiaȝ
post p munera gratie eisdem precessent.
Qui eni natura magis subtiles ⁊ sapiā
amplius pspicaces creati sunt: hii etiaȝ
maioribus gratie muneribus pditi sūt
⁊ dignitate excellētiores aliis constituti.
Qui vͦo natura minus subtiles ⁊ sapiā
minus pspicaces cōditi sūt: minora grē
dona habuerunt: inferioresqȝ constituti
sunt: sapientia dei equo moderamine cū
cta ordinantis.

Scdm qd ꝯsideranda est differētia
facultatis arbitrii: ꝙ nec minor te/
nuitas nature infirmitatē: nec mior
cognitio sapie ignorantiam: nec infe
rior libertas necessitatē inducit.

In ipsa facultate arbitrii diffe
rentia eiā aduertenda est scdm
differentē nature virtutem: ⁊
differentem cognitionis ⁊ intelligentie
vim. Et sicut differens vigor ⁊ subtili/
tas nature infirmitatē nō adducit: mi/
norqȝ cognitio sapie ignorantiā nō inge
rit: sic libertas inferior nullam arbitrio
necessitatis voluntatē imponit.

Que coīa ⁊ equalia habuerūt āgeli.

Et sicut in predictis angeli dif
ferebāt: ita ⁊ quedā cōmunia
⁊ equalia habebāt. Qꝛ spiritꝰ
erant: ꝙ idissolubiles ⁊ īmortales erāt
cōmune oībus ⁊ equale erat. In subtili
tate vͦo eēntie ⁊ intelligētia sapie ⁊ liber
tate voluntatis differētes erāt. Has dis
cretiones intelligibiles iuisibiliū natura
rarū ille solus comprehendere potuit ⁊
ponderare: qui cuncta fecit in pondere
numero ⁊ mensura.

An boni vel mali iusti vel iniusti crea
ti sūt angeli: ⁊ an aliqua mora fuerit
inter creationē ⁊ lapsū.

Illud quoqȝ inuestigatione di
gnū videt: qđ ⁊ a pluribꝰ q̄ri
solet: vtrū boni vel mali: iusti
vel iniusti creati sunt angeli. ⁊ an aliqua
mora fuerit inter creationeȝ ⁊ lapsum:
vel sine mora in ipso creationis exordio
ceciderunt.

Opinio quorūdā dicētiū angelos in
malicia creatos: ⁊ sine oī mora ruisse.

Putauerūt eni qdā āgelos qui
ceciderūt creatos eē malos ⁊
nō libero arbitrio in maliciā
declinasse: sed in malicia a deo factos eē
nec aliquā fuisse morā inter creationē ⁊
lapsū: sed ab initio apostatasse: alios vͦo
creatos fuisse plene beatos. qui opinio
nē suā muniūt auctoritate Augꝰ. super
Genesim ita dicentꝭ. Nō frustra puta/
ri potest ab initio temporis diabolum

cecidisse: nec cū sanctis angelis pacatū aliqn̄ vixisse ꝛ beatū: sed mox apostatas se. Vn̄ dn̄s ait. Ille homicida erat ab initio: ꝛ in veritate nō stetit. vt itelligamus qa in veritate non stetit exquo creatus est: q staret si stare voluisset. Idē i eodē Non frustra inquit putandū est ab initio temporis vel cōditionis sue diabolū cecidisse: ꝛ nunq̄ in veritate stetisse. Vn̄ quidā in hāc maliciā libero arbitrio nō esse flexū: sed in hac cūuis a deo putant esse creatū. ꝫ illud beati Job. hoc etiaꝫ ingt initiū figmenti dei: quod fecit deus vt illudatur ei ab angelis eius. Et pphā ait. Draco iste quē formauit ad illudendū ei tanq̄ primo factus sit malus ꝛ inuidus diabolus nō voluntate deprauatus. His aliisq; testimoniis vtunt qui dicūt angelos qui ceciderūt creatos fuisse malos ꝛ sine mora corruisse. Eos vō q perstiterūt pfectos ꝛ beatos esse creatos: astruūt auctoritate Aug. qui sup Genesim dicit per celū significari creaturam spūalē: que ab exordio quo facta est ꝛ pfecta ꝛ beata est semp.

Alioꝝ sniā pbabilis qui dicunt oēs angelos creatos eē bonos: ꝛ aliquā fuisse morulaꝫ iter creationē ꝛ casū.

Aliis aūt videtur oēs angelos creatos esse bonos: ꝛ in ipso creationis primordio bonos extitisse. i. sine vitio: iustosq; fuisse. i. innocentes: sed nō iustos. i. virtutū exercitiū habentes. Nōduꝫ eni prediti erant virtutibus que statibus apposite fuerūt in cōfirmatione p grām. Aliis vō p liberū arbitriū supbientibus: ꝛ ideo cadentibus: aliquā etiā fuisse morulā aiūt int creationē ꝛ lapsū vel cōfirmationē. ꝛ in illa breuitate tpis oēs boni erāt. nō qui dem p vsū liberi arbitrii: sed p creationis beneficiū. ꝛ tales erāt qui stare poterāt. i. nō cadere p bona creatiōis: ꝛ cadere p liberū arbitriū. Poterāt eni peccare ꝛ nō peccare: sed nō poterāt pficē ad meritū vite nisi gratia supadderet. que addita est qbusdā in cōfirmatione Et ad hoc cōfirmandū vtunt testionio Aug. qui sup Genesim dicit angelicam naturā pmo informē creatā: ꝛ celū dictā. postea formatā ꝛ lucē appellatā: qn̄ ad creatorē est cōuersa: pfecta dilectōe ei inherēs. Vn̄ prius dictū ē. In pncipio creauit deus celū ꝛ terrā: ꝛ postea subditū dixit deus. Fiat lux: ꝛ facta est lux. qa pmo agit de creatione spūalis nature informis: postea de formatiōe eiusdē Ratio quoq; obuiat illis qui dicūt angelos creatos fuisse malos. Nō eni potuit creator optimus auctor mali esse. ꝛ ideo totū bonū erat qd ex ipso ill erat ꝛ totū bonū erat: qm̄ ex ipso totū erat. Hoc mō pbat q boni erāt oēs angeli quādo pmo facti sūt: ꝫ ea bōitate quā natura incipiēs accepat.

Probationē Aug. cōtra illos iducit q dicunt āgelos factos malos: ꝛ verba Job determinat que illi p se inducebant.

Ideoq; Aug. extermians opinionē eoꝝ qui āglos creatos fuisse malos putant: auctoritate ꝛ rōne pbat bonos fuisse creatos ꝛ vba premissa beati Job que illi pro se inducebāt: quō sint intelligenda apit ita dicens sup Genesim. Omnia inquit fecit deus valde bona. Naturā igit angeloꝝ bonā fecit. Et quia iniustū est vt nullo merito hoc i aliquo deus damnet qd creauit: non naturā sed voluntatem malam puniendam esse credenduꝫ est. Nec eius naturā esse significatam cum dr̄ hoc ē initiū figmēti dei ꝛc. sed corpus aereū qd tali volūtati aptauit deus: vl ipaꝫ

ordinationē dei: in qua eum etiā inuitū fecit vtilem bonis. uel ipsius angeli fa/cturam: qa etsi deus p̄sciret voluntate malum futurū: fecit tamē euz prouidēs quāta de illo sua bonitate esset factur⁹. Figmētū ergo dei dicit̄. qa cū sciret euz deus voluntate malū futuruz vt bonis noceret: creauit tamē illū vt de illo bo/nis ꝓdesset. hoc aūt fecit vt illudatur ei. Illudit̄ eni ei cum sanctis ꝓficit tēpta/tio eius: sicut ⁊ mali hoīes quos de⁹ ma los futuros p̄uidens: creauit tamen ad sāctoꝝ vtilitatē. Illudūt̄ cum prestatur sanctis eoꝝ tēptatione profect⁹. sed ip̄e dicit̄ initiū: qa precedit ātiquitate ⁊ p̄n cipatu malicie. Hec aūt illusio fit angel' malis ⁊ hoībus p angelos sanctos. qa subdit eis angelos malos ⁊ hoīes ma/los: vt nō q̄tuz nitunt̄: sed q̄tū sinūtur possint. Ecce aperte ostendit qualiter p̄ dicta v̄ba Iob intelligenda sint: ⁊ ange licam naturā bonā creataz asseruit.

Quō intelligenda sint v̄ba dn̄i p̄mis/sa differit euidenter tradens ange/los esse creatos bonos: ⁊ post crea/tionem cecidisse.

Einde qualiter verba domini q̄ supra posuit accipienda sint aperit: vbi etiā sua ⁊ que p̄di xit verba determiat euidenter docēs an gelos fuisse creatos bonos: ⁊ p⁹ creatio nem interposita aliqua morula cecidisse ita inquiens. Q̄ putat̄ diabolus nunq̄ in veritate stetisse: nūq̄ beatā vitā du/xisse: sed ab initio cecidisse nō sic accipiē dum est: vt malus a bono deo creatus esse putet̄. qa ab initio nō cecidisse dicet̄ Nō eni cecidit si talis. i. malus factus ē. a quo eni caderet? factus ergo p̄us sta/tim a veritate se auertit ꝓpria p̄tāte de lectatus: beateq̄ vite dulcedinē nō gu/stauit: quam acceptam non fastidiuit: sed nolendo amisit. Qui ergo casus p̄/scius esse nō potuit: quia sapia fructus est pietatis. Continuo aūt vt factus est cecidit. nō ab eo qd̄ accepit: sed qd̄ acci peret si deo subdi voluisset. Ecce hic ap te declarat angelos bonos esse creatos ⁊ post creationē cecidisse: ⁊ fuit ibi aliq̄ morula licet breuissima. Qd̄ Origenes cōfirmat sup Ezechielē: dicēs. Serpēs hostis cōtrarius veritati: nō tamē a p̄n cipio neq̄ stati sup pectus ⁊ ventrē suū ambulauit. sicut Adam ⁊ Eua nō stati peccauerūt: ita ⁊ serpens aliqn̄ nō ser/pens cū in paradiso deliciarū moraret̄. De⁹ eni maliciā nō fecit. Ecce h̄ apte dic̄ post creationē interposita morula ceci/disse. Ideoq̄ illa v̄ba sic accipienda vi/dent̄: homicida erat ab initio vel men/dax. i. statim post initiū quādo sibi dei equalitatē ꝓmisit ⁊ seipsuz occidit: qui homo dicit̄ in euāgelio: nec in veritate stetit. qa in ea nō fuit: sed ab initio tem poris. i. statim post initiū t̄pis apostata uit. Potest etiā sic accipi illud. Ab iitio homicida fuit vel mendax. i. ex quo hō fuit cōditus quē p inuidiā in mortē p̄e cipitauit ⁊ fallacit̄ seduxit. Ex p̄dictis igitur liquet oēs angelos bonos eē cre atos: ⁊ post creationē quosdā cecidisse a bono: qd̄ habuissent si p̄stitissent.

Q̄ triplex fuit in angelis sapia ante casū vel confirmationē.

Ic queri solet quā sapiam ha buerint ante casum vel cōfir/mationē. Erat in eis natural' cognitio triplex: q̄ sciebāt ꝙ facti erant ⁊ a quo facti erāt: ⁊ cuz quo facti erāt Et habebāt aliquā boni ⁊ mali noticiā intelligentes quid appetendū vel respuē dum illis foret.

An aliquā dei habuerint dilectionez vel sui inuicem.

Olet etiã queri vtrũ aliquaȝ dei vel sui inuicẽ dilectionẽ habuerint. Ad qđ dici põt .q̃m naturalẽ habebãt dilectionẽ: vt memoriam intellectũ ⁊ ingeniũ: qua deũ ⁊ se aliquatenus diligebãt: p quã tamen nõ merebantur.

An pfectos ⁊ bonos creauit de⁹ angelos: an miseros ⁊ impfectos.

Ost hec videndũ est vtrũ perfectos ⁊ beatos creauit deus angelos: an miseros ⁊ impfectos. Ad qđ dici põt q̃ nec in beatitudine nec in miseria creati sunt. Miseri enĩ ante peccatũ eẽ nõ potuerũt: qa ex peccato miseria est. Naȝ si nõ fuisset pctm̃ nulla esset miseria. Beati quoq̃ nunq̃ fuerũt illi qui ceciderũt: qa sui euentus ignari fuerũt. i. peccati ⁊ supplicii futuri Si enĩ lapsũ suũ prescierunt: aut vitare voluerũt: sed nõ potuerũt: ⁊ ita erãt miseri: aut potuerũt. sȝ noluerũt: ⁊ ita erãt stulti ⁊ maligni. Ideoq̃ dicim⁹: quia nõ erant prescii euentus sui: nec eis data ẽ cognitio eoꝝ que futura erãt sup eos. Boni vo ⁊ qui pstiterũt: forte sue beatitudinis p̃scii fuerũt. Unde Aug. super Genesim. Quomõ inquit beatus inter angelos fuit: qui futuri peccati atq̃ supplicii p̃scius nõ fuit? Querit aũt: cur nõ fuerit? forte deus diabolo reuelare noluit quid facturus vel passurus esset. Ceteris vo reuelare uoluit q̃ in veritate mansuri essent. His verbis videt Aug. significare q̃ angeli qui corruerũt non fuerũt prescii sui casus. ideoq̃ beati non fuerũt: ⁊ q̃ ãgeli q perstiterũt beatitudinẽ sibi affuturã p̃scierũt: atq̃ de ea certi in spe extiterũt: vñ quodãmõ iã beati erant. ⁊ reuera si ita fuisset: posset dici illos aliquo mõ fuisse beatos: alios vo qui nescierũt euentũ suũ nõ. Q: oppinando hec dixerit: nõ asserẽdo. s. q̃ angeli q pstiterũt p̃scii fuerint sui boni.

Ed hec magis opinãdo ⁊ querendo dicit Aug. q̃ asserendo. Unde ⁊ huic opinioni opponens cõsequẽter subdit. Sed quare discernebant illi a ceteris: vt deus istis q̃ ad ipsos ptinerẽt non reuelaret: aliis vo reuelaret: cum nõ prius sit ipse vltor q̃ aliquis peccator. nõ enĩ damnat deus innocẽtes. Hic videt innuere q̃ nõ peccaturi futurũ malũ: nec pmãsuri futuꝝ bonũ reuelauerit. Ideoq̃ nec illi q ceciderũt vnq̃: nec illi q pstiterunt vsq̃ ad cõsũmationẽ beati fuerũt. qa beati non poterãt esse: si de beatitudine certi non erant: vel si dãnationis incerti erãt. Uñ Aug. in eodẽ. Dicere inqt de angelis q̃ in suo genere beati esse possũt: dãnationis vel salutis incerti: quibus nec spes esset q̃ mutandi essent in melius: nimia p̃sumptio est. quomõ enĩ beati esse possunt quibus est incerta sua beatitudo?

Sũmã colligitur predictoꝝ: cõfirmãs oẽs angelos ãte cõfirmationẽ vl' lapsũ nõ fuisse beatos nisi qs beatitudinẽ accipiat illũ statũ innocẽtie in quo fuerũt ante casum.

Is predictis cõsequit q̃ ãgeli qui corruerũt nũq̃ beati fuerũt: nisi btitudinẽ aliqs accipiat illũ statũ innocẽtie in quo fuerũt ãte pctm̃. Illi vo q pstiterũt: aut suã btitudinẽ futurã deo reuelãte p̃scierũt: ⁊ ita spei certitudine aliquo mõ beati fuerũt vl' icerti extiterũt sue btitudis: ⁊ ita aliť bti nõ fuerũt q̃ reliq q ceciderũt. mihi aũt qđ posteri⁹ dictũ ẽ pbabili⁹ videt.

Responsio ad id qđ querebat an angeli essent creati pfecti: an impfecti: ⁊ dicit q̃ pfecti fuerũt ƀm aliquid ⁊

imperfecti fm aliquid.
D hoc aūt qꝺ q̄rebaꝭ vtrū p
fecti vel imperfecti fuerit cre
ati: dici pōt ga quodaꝫ mō p
fecti fuerunt: ⁊ quodam alio modo im
perfecti. Non enim vno mō dicitur ali/
quid pfectū sed pluribus.
Q' tribus modis diciꝭ pfectū scꝺm
tempus: fm naturā: ⁊ vniuersaliter
perfectum.
Jcitur nancꝫ pfectū trib⁹ mo
dis. Est enī pfectū fm tēp⁹: ⁊
etiā perfectū fm naturā: ⁊ etī
pfectū vniuersaliter. Scꝺm tēp⁹ pfectū
est qꝺ habet gcquid temp⁹ regrit: ⁊ cō
uenit fm tempus haberi. ⁊ hoc mō an/
geli erant pfecti ante cōfirmationeꝫ vel
lapsū. Scꝺm naturā pfectū ē qꝺ habet
gcqd debitū ē vl' expedit nature sue ad
glorificationē. ⁊ hoc mō pfecti fuerunt
angeli post confirmationem: ⁊ erūt san
cti post resurrectionem. Uniuersaliter
⁊ sūme pfectū est cui nihil vnq̄ deest: ⁊
a quo vniuersa proueniūt bona. qꝺ est
solius dei. Prima igiꝭ pfectio est nature
condite: secūda nature glorificate. ⁊ ter
cia nature increate.
Predicta tangit breuiter addens q̄/
les fuerūt angeli in conuersione ⁊ a
uersione.
Uales fuerūt angeli in creati
one ostēsū est. boni. s. ⁊ nō ma
li. ⁊ iusti. i. innocētes: ⁊ pfecti
quodaꝫ mō: alio v̄o ipfecti. beati vero
nō fuerūt vsqꝫ ad cōfirmationē: nisi bea
titudo accipiaꝭ ut iam dictū ē: ille stat⁹
innocentie ⁊ bonitatis in q° cōditi sūt.
De cōfirmatiōe ⁊ cōuersione stātiū:
⁊ auersione ⁊ lapsu cadentiū.
Ost hec cōsideratio adducit i
quirere quales effecti sint dū
diuiderēꝭ auersione ⁊ cōuer/
sione. Post creationē nāqꝫ mox quidaꝫ
cōuersi sunt ad creatorē suū: gdā auersi
Cōuerti ad deū fuit ei charitate adherē
auerti odio habere vel inuidere. Inui/
die nāqꝫ mater est supbia: ga voluerūt
se parificare deo. in cōuersis quasi ī spe
culo relucere cepit dei sapientia qua illu
minati sunt: auersi vero excecati sūt. Et
illi gdē cōuersi sūt ⁊ illumiati a deo grā
apposita. Isti v̄o sūt excecati nō in mis/
sione malicie: sed ex desertione gratie: a
qua deserti sunt. non ita ꝙ prius dedita
subtraheretꝭ: sed. ga nunq̄ est apposita
vt cōuerterentꝭ. hec est ergo cōuersio ⁊
auersio qua diuisi sunt qui nā boni erāt
vt sint alii supra illud bonū qꝺ habebāt
p iusticiā boni: alii illo corrupto per cul
pam mali. Quersio iustos fecit ⁊ auersio
iniustos. vtraqꝫ fuit voluntatis: ⁊ volū
tas vtrimqꝫ libertatis.
De libero arbitrio breuiter tangit:
docens quid sit.
Abebant enī omnes liberum
arbitriū: quod est libera ptās
⁊ habilitas voluntatis rōnal'
Poterāt enī voluntate eligere qꝺlibꝫ ⁊
rōne iudicare. i. discernere: in gbus con
stat liberū arbitriū. Nec creati sunt vo
lentes auerti ⁊ conuerti: sed habiles ad
volendū hoc vel illud. ⁊ post creationeꝫ
spontanea voluntate: alii elegerūt malū
alii bonū. ⁊ ita discernit deus lucē a te/
nebris: sicut dicit scriptura. i. āgelos bo
nos a malis. ⁊ lucē appellauit diē ⁊ te/
nebras noctē. quia bonos angelos gra
tia sua illuminauit: malos v̄o excecauit
Post creationē aliquid datū est stan
tibus per quod cōuerterentꝭ nec me
rito aliquo. s. gratia coopata.
J autē q̄riꝭ vtrū post creatio
nem conuersis aliquid colla/
tum sit per quod cōuerterentꝭ

idest diligerēt deū. dicim⁹ qa est eis col lata gratia cooperans: sine qua nō pōt proficere ratiōalis creatura ad meritū vite. Cadere enim potest per se: sed pro ficere non potest sine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus: ⁊ q̄ non.

On indigebat angelus gra/ tia per quam iustificaretur. qa malus nō erat: sed qua ad diligendū deū pfecte ⁊ obediendū adiu uaret. Opans qdē gratia dicit̄ qua iu/ stificatur impi⁹ .i. de impio fit pius: de malo bonus. Coopans vō qua iuuatur ad bene volendū efficaciter: ⁊ deū p̄ oi bus diligendū: ⁊ ad opandū bonū: ⁊ ad pseuerandū in bono ⁊ huiusmodi. de q bus postea plenius agemus. Data ē ḡo angelis qui pstiterūt coopans gratia p quā cōuersi sunt vt deū pfecte diligerēt. Conuersi ergo sūt a bono qđ habebāt nō pdito ad maius bonū qđ nō habe/ bāt. Et est facta ista cōuersio p gratiaȝ coopantē libero arbitrio: que gr̄a aliis qui ceciderūt apposita nō fuit.

An sit īputandū illis ꝙ auersi sunt.

Deoqȝ a qbusdaȝ obiici solet: nō esse īputādū illis qui auersi sunt ⁊ nō cōuersi. qa sine gra/ tia cōuerti nō poterāt. Sȝ illa nō ē eis data. nec culpa illoꝝ fuit ꝙ nō est data qa in eis nulla culpa adhuc p̄cesserat. Ad qđ dici pōt: qm̄ qbus apposita est ipa gratia: nō fuit ex meritis eoꝝ. Alio qn iam non esset gratia si ex merito qđ esset ante gratiā daret̄.

Qua culpa gratia nō est data eis q ceciderunt.

Uod vō aliis nō est data cul/ pa eorū fuit: qa cū stare pos/ sent noluerūt quousqȝ gratia apponeret̄: sicut alii pstiterūt donec illis cadentib⁹ p supbiā eis gratia est appo/ sita. Aperte ergo cadentiū culpa in hoc deprehēdi pōt. quia licet sine gratia ne quirent pficere quā nōdū accepant: per id tamē qđ eis collatū erat in creatiōe poterāt nō cadere .i. stare. qa nihil erat qđ ad casum eos cōpelleret: sed sua spō tanea voluntate declinauerūt. qđ si nō fecissent: qđ datū est aliis: vtiqȝ daretur ⁊ istis.

Q' angeli in ipa cōfirmatione beati fuerūt: sed vtrū eā meruerit p gr̄aȝ tūc sibi datā: ambiguū est. & hoc eni diuersi diuersa sentiūt.

Ic queri solet vtrū in ipsa cō firmatione beati fuerit ange li: ⁊ an ipsam beatitudinē ali/ quo mō meruerit. Q' in ipsa cōfirma/ tione bti fuerint: plures testant̄ aucto/ ritates. ⁊ ideo p cōstanti habendū est. vtrū vō p gratiā tūc sibi datam ipsam beatitudinē meruerit ambiguū ē. Qui busdam eni placet ꝙ eam meruerint p gratiā quā in cōfirmatione pceperunt. simulqȝ in eis meritū ⁊ p̄miū fuisse di/ cunt. nec meritū p̄cessisse p̄miū tpe: sed cā. Aliis aūt videt̄ ꝙ beatitudinē quaȝ receperūt in cōfirmatione p gratiā tūc appositā nō meruerint: dicentes tūc nō fuisse eis collatā gratiā ad merendū: sȝ ad beate viuendū. nec tūc eis datum eē bonū quo mererēt̄: sed quo feliciter fru erētur. Qđ aūt in premiū tūc acceperūt p obsequia nobis exhibita ex dei obedi entia ⁊ reuerentia mereri dicunt̄. ⁊ ita premiū precessit merita. ⁊ hoc mihi ma gis placere fateor.

Q' de maioribus ⁊ minoribus qdā ceciderūt: inter quos vnus fuit celsi/ or .s. lucifer.

Reterea sciri opportet: qm̄ sic de maioribus ⁊ minoribus

quidam pstiterunt: ita de vtroq3 gradu quidam corruerunt. Inter quos vnus fuit omnibus aliis cadentibus excellē tior. nec inter stantes aliquis fuit eo dignior: sicut testimoniis auctoritatū mōstratur. Ait enī Job. Ipse principiū viarum dei. Et in Ezechiele legit. Tu signaculū similitudinis plenus scientia ⁊ perfectione decorus in deliciis paradisi dei fuisti. Q8 exponēs Gregori⁹ ait. Quāto magis in eo subtilior est nā eo magis in illo imago dei similis insinuatur impressa. Item in Ezechiele legit. Omnis lapis preciosus opimentū eius. i. omnis angelus quasi operimentum erat. quia vt dicit Greg⁹. In alioꝝ cōpatione ceteris clarior fuit. Unde ⁊ vocat⁹ est Lucifer: sicut testat Ysaias. Quomō inquit cecidisti lucifer: qui mane oriebaris ⁊c. qui nō vnus ordo sed vnus spiritus accipiendus ē. qui teste Isidoro postq̄ creatus est eminentiam nature ⁊ profunditatem sciētie sue ppendens: in suū creatorez supbiuit i tātū q etiā deo se eq̄re voluit. vt in Ysaia dicit. In celum ascendaz sup astra celi: ⁊ exaltabo soliū meū ⁊ ero similis altissimo. Similis quidez deo esse voluit: nō p imitationē sed per equalitatē potentie.

Unde ⁊ quo deiect⁹ fuit merito sue superbie.

T tante supbie merito de celo. i. 8 empirreo celo i quo cū aliis fuerat deiectus est i istuz caliginosū aerem cū oibus sue prauitatis cōsortibus. Nā vt Johes ait in Apocal. Draco de celo cadens secū terciā partez stellaꝝ traxit. qa lucifer aliis maior nō solus cecidit: sed cū eo alii multi: qui ei in malicia ꝯsenserūt: eosq3 cadētes hui⁹ caliginosi aeris habitaculū recepit. Et hoc ad nostrā pbationē factū est vt sint nobis causa exercitationis. Unde apl's. Colluctatio est nobis aduersus pricipes ⁊ ptātes mūdi hui⁹: ⁊ aduersus rectores tenebraꝝ harū cōtra spiritualia nequitie in celestib⁹. Quia demones q sūt spūales ⁊ nequā in hoc turbulento aere nobis propinquo q8 celū appellat habitant. Unde ⁊ diabolus aeris pnceps dicitur.

Q2 nō est concessum eis habitare in celo vel in terra.

On enī est eis cōcessū habitare in celo: qa clarus locus est ⁊ amenus. Nec in terra nobiscum: ne hoies nimis infestarēt: sed iux apl'i Petri doctrinam in ep'la canonica traditā: in aere isto caliginoso q eis q̄si carcer vsq3 ad temp⁹ iudicii deputatus est. Tūc aūt detrudentur in baratrū inferni: fm illud. Ite maledicti i ignē eternū: qui preparatus est diabolo ⁊ angelis eius.

Q2 demones alii aliis psūt ⁊ habent etiā alias prelatiōes.

T sicut inter bonos angelos alii aliis presunt: ita ⁊ inter malos alii aliis prelati sunt: ⁊ alii aliis subiecti. Quamdiu enim durat mundus: angeli angelis ⁊ homines hoibus: ⁊ demones demonibus presunt: sed in futuro ois euacuabitur platio ut docet apl'us. Habēt quoq3 fz modū scie maioris vel minoris plationes alias maiores vel minores. Quidā enī vni puincie: alii vni homi: alii vno vitio presūt. Unī dr spūs supbie: spirit⁹ luxurie ⁊ huiusmodi: qa 8 illo vitio maxime pōt hoies tēptare a quo noiatur. Inde est etiā q noie demonis diuitie vocant. s. māmona. est enī nomē demonis māmona: quo noie vocant diuitie fm syram linguā. Hoc aūt non ideo est q

diabolus in potestate habeat dare vel auferre diuitias cui velit. sed qr eis vtit ad hominū temptationē ꝛ deceptionez.

An omnes demones sint ī hoc aere caliginoso an aliqui sint in inferno.

Olet aūt queri vtrū oēs ī isto aere caligioso sint: an iam aliqui sint in inferno. Q: in infernū quottidie descendāt aliqui demonuz verisimile est: qui animas illuc cruciandas deducūt. Et ꝙ illic aliqui semp sint alternatis forte vicibus nō procul est a vero: qui illic animas detinent atq̧ cruciant. Q: aūt malorū anime illuc descendunt atq̧ ibi puniāt: ex eo cōstat ꝙ xp̄s ad inferos descendit vt iustos qui ibi tenebant educeret. Si eni iusti illuc descēdebant: multomagis iniusti. ꝛ sicut tradit auctoritas cū iustos eduxit: iniquos ibi reliquit. Momordit eni infernū: nō absorbuit.

Quidam putant luciferum ī iferno religatū exquo temptauit xp̄m: ꝛ victus ē quē primū hominē temptasse ꝛ vicisse dicunt.

E lucifero aūt quidā opinant ꝙ ibi religatus sit: ꝛ ad nos temptandos nō habeat nunc accessū. quia in apocalipsi legit. Cum cōsūmati fuerint mille anni soluet sathanas de carcere suo: ꝛ exiet ꝛ seducet gentes. quod erit nouissimo tpe antixp̄i: qn̄ erit tanta tribulatio: vt etiā si fieri pōt moueant electi. Quē ibi religatū dicūt ab eo tpe quo tēptauit xp̄m in deserto vel in passione: ꝛ victus est ab eo. Ipsū putāt primū hominē tēptasse ꝛ vicisse. ꝛ secūdo deū: sꝫ ab eo victū esse. ꝛ ideo ī inferno religatū. Alii aūt putant exquo cecidit pro peccati sui magnitudine: illic fuisse dimersū.

Q: Lucifer mō nō habet ptātez quā habebit tpe antixp̄i.

Ed siue in infernum dimersus sit: siue non: credibile est non eum habere facultatē accedendi ad nos: quam habebit in tempe antixp̄i: in quo fraudulenter ac violenter opabit. Et ideo forte dicit tūc solued' qa tūc dabit ei a deo potestas temptādi homines quā mō non habet.

Q: demōes semel victi a sanctis nō accedūt amplius ad alios.

Liis quoq̧ qui a sanctis iuste ꝛ pudice viuentib' vincunt: ptās alios temptādi videt adimi. Vn̄ Origenes. Puto inquit sane ꝙ sancti repugnantes aduersus istos incētores ꝛ vincentes minuant exercitū demonū: vel ꝙ q̄ plurimos eoꝝ iterimāt: ne vltra fas sit illi spiritui qui ab aliq° sancto caste ꝛ pudice viuente victus sit: īpugnare iterū aliū hominē. hoc aūt qdam putāt intelligendū tm̄ de illo viuo in quo supatus est. vt si de superbia aliquē virū scm̄ temptat ꝛ vincit: vlterius nō liceat ei illū vel aliū de superbia temptare.

Q: boni angeli sint adeo cōfirmati p gratiā vt peccare nō possint: ꝛ mali ita obdurati in malo vt bene viuere nequeant.

